8. Pers. 2	*am*___	*am*___	*vid*___	*vid*___	*aud*___	*aud*___
9. Pers. 3	*am*___	*am*___	*vid*___	*vid*___	*aud*___	*aud*___
10. Pers. 1	*dūc*___	*dūc*___	*fac*___	*fac*___	*s*___	*s*___
11. Pers. 2	*dūc*___	*dūc*___	*fac*___	*fac*___	*es*	*es*___
12. Pers. 3	*dūc*___	*dūc*___	*fac*___	*fac*___	*es*___	*s*___

persōna (pers.)

		sing.	plūr
pers. 1		*-ō*	*-mus*
pers. 2		*-s*	*-tis*
pers. 3		*-t*	*-nt*
[1]	1	*-ō*	*-ā|mus*
	2	*-ā|s*	*-ā|tis*
	3	*-a|t*	*-a|nt*
[2]	1	*-e|ō*	*-ē|mus*
	2	*-ē|s*	*-ē|tis*
	3	*-e|t*	*-e|nt*
[3]	1	*-(i)ō*	*-imus*
	2	*-is*	*-itis*
	3	*-it*	*-(i)unt*
[4]	1	*-i|ō*	*-ī|mus*
	2	*-ī|s*	*-ī|tis*
	3	*-i|t*	*-i|unt*

Cap. XVI

Lēctiō I

appellāre
ēgredī
flāre
flūctus
implēre
īnferus
īnfluere
interesse
locus
maritimus
mergere
merx
nauta
nāvigāre
nāvis
opperīrī
ōra
paulum
portus
secundus
situs
sīve
superus
tempestās
tranquillus
turbāre
turbidus
vēlum
ventus

CAPITVLVM SEXTVM DECIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–40)

Exercitium 1

1. Italia inter duo maria __________ .
2. Id mare quod suprā Italiam __________ est 'mare __________ ' __________ [= vel] 'mare Hadriāticum' __________ [= nōminātur].
3. Īnfrā Italiam situm est mare __________ sīve Tūscum.
4. In Tiberī flūmine nōn multum, sed __________ aquae est.
5. Itaque magnae __________ Rōmam adīre nōn possunt.
6. Ōstia est oppidum __________ quod magnum __________ habet.
7. In __________ maritimā multī sunt portūs.
8. Ōs flūminis est __________ quō flūmen in mare __________ .
9. Rēs quās mercātōrēs emunt ac vēndunt __________ dīcuntur.
10. Cum nūllus __________ flat, mare __________ est.
11. Cum magnus ventus __________ , mare __________ est.
12. __________ est magnus ventus.
13. Tempestās mare __________ atque altōs __________ facit, quī nāvem aquā __________ possunt.
14. Nāvis quae aquā implētur in mare __________ cum nautīs.
15. Itaque __________ tempestātēs metuunt nec marī turbidō __________ volunt.
16. Is quī nāvigāre vult ventum secundum __________ [= exspectat].
17. Ventus __________ est ventus quī ā tergō flat.
18. Ventō secundō nāvēs ē portū __________ [= exeunt].
19. __________ nāvium ventō implentur.

Exercitium 2

1. Inter quae maria sita est Italia? ...
2. Cūr magnae nāvēs Rōmam adīre nōn possunt? ...
3. Ubi sita est Ōstia? ...
4. Quid dīcitur locus quō flūmen in mare īnfluit? ...
5. In quod mare Tiberis īnfluit? ...
6. Ubi sita sunt oppida Brundisium, Puteolī, Genua? ...
7. Quid est portus? ...
8. Quōmodo mercēs ex Āfricā in Italiam vehuntur? ...
9. Num mercēs tantum vehuntur nāvibus? ...
10. Quid facit is quī nāvigāre vult? ...
11. Quandō tranquillum est mare? ...
12. Quid est tempestās? ...
13. Cūr nautae tempestātēs metuunt? ...
14. Quid nautae in portū opperiuntur? ...

ablātīvus absolūtus
I: cum adiectīvō

Exercitium 3

1. Vent_____ secund_____ nāvēs ē portū ēgrediuntur.
2. Nāvēs plēn_____ vēl_____ per mare vehuntur.
3. Nautae neque mar_____ tranquill_____ neque mar_____ turbid_____ nāvigāre volunt.
4. Mārcus fenestr_____ apert_____ dormit, Quīntus fenestr_____ claus_____ cubat.
5. Puer ocul_____ claus_____ in lectō cubat.
6. Mārcus surgit ac ped_____ nūd_____ ante lectum stat.
7. Mārcus manūs lavat atque man_____ pūrīs ē cubiculō exit.
8. Quīnt_____ aegr_____ trēs tantum discipulī adsunt.

9. Patr____ vīv____ fīlius pecūniōsus nōn est.
10. Lūn____ plēn____ nox obscūra nōn est.

Lēctiō secunda (versūs 41–95)

Lēctiō II

Exercitium 4

Exempla: verērī = timēre
verētur = timet, verentur = timent
verēns = timēns

1. In portū necesse est ventum opper______ .
2. Nautae ventum secundum opper______ .
3. Mēdus, quī dominum sevērum ver______ , ex Italiā in Graeciam proficīsc______ vult.
4. Ventō secundō nāvis ē portū ēgred______ .
5. Sōl or______ ; Mēdus et Lȳdia sōlem or______ intu______ .
6. Mēdus laet______ quia cum amīcā suā proficīsc______ .
7. Lȳdia Rōmā proficīsc______ laet______ nōn potest; dē oculīs eius lacrimae lāb______ .
8. Mēdus amīcam suam trīstem complect______ atque cōnsōl______ .
9. Quīntus oculīs clausīs cultrum medicī opper______ .
10. Parentēs fīlium vīvere laet______ .
11. Ovēs pāstōrem suum sequ______ ; canis ovēs sequ______ .
12. Omnēs nautae Neptūnum, deum maris, ver______ .
13. Oculī hūmānī sōlem intu______ nōn possunt.

[1] -ārī
-ātur -antur
-āns
[2] -ērī
-ētur -entur
-ēns
[3] -ī
-itur -untur
-ēns
[4] -īrī
-ītur -iuntur
-iēns
(oritur)

Exercitium 5

Exemplum: Iūlius nummōs suōs numerat Aemiliā spectante (= dum Aemilia spectat).

ablātīvus absolūtus
II: cum participiō
(-nte -ntibus)

1. Sōl____ orient____ nāvis proficīscitur mult____ homin____ spectant____ .
2. Magistr____ recitant____ discipulī dormiunt.
3. Mārcus rīdet plōrant____ sorōr____ !
4. Sōl____ lūcent____ pāstor umbram petit.
5. Pāstor____ dormient____ ovis abit, sed pāstor lātrant____ can____ excitātur.
6. Cēter____ tacent____ et audient____ medicus Quīntum oculōs claudere iubet.
7. Gall____ canent____ excitātur puer.

Exercitium 6

1. __________ est pars nāvis posterior.
2. Illīc sedet __________ , is est nauta quī nāvem __________ .
3. __________ est ea pars caelī unde sōl hōrā prīmā __________ .
4. __________ est ea caelī pars quō sōl hōrā duodecimā __________ .
5. Oriēns et occidēns partēs caelī __________ sunt.
6. Ea caelī pars ubi sōl merīdiē stat appellātur __________ .
7. Pars contrāria dīcitur __________ ā septem stēllīs quae __________ in eā parte caelī stant.
8. Nautae ad occidentem nāvigantī merīdiēs ā __________ est, ā __________ septentriōnēs, oriēns ā tergō.
9. Ventō secundō atque caelō __________ multae nāvēs __________ [= ūnō tempore] ē portū ēgrediuntur.
10. Mēdus et Lȳdia nāvem __________ et ex Italiā __________ .
11. Lȳdia Mēdum in puppim ascendentem __________ .

cernere
complectī
cōnscendere
cōnsōlārī
contrārius
dextra
gubernāre
gubernātor
intuērī
lābī
laetārī
merīdiēs
occidēns
occidere
oriēns
orīrī

proficīscī
puppis
semper
septentriōnēs
sequī
serēnus
simul
sinistra
verērī

12. Lȳdia trīstis est, sed Mēdus ________ [= gaudet] nec iam dominum ________ .
13. Mēdus faciem Lȳdiae ________ [= spectat]: dē oculīs eius lacrimae ________ .
14. Mēdus amīcam suam ________ eamque multīs verbīs ________ .
15. Parvae rēs quae procul absunt oculīs ________ nōn possunt.

Exercitium 7

1. Ubi sedet gubernātor et quid agit? ...
2. Quid est puppis? ...
3. Quae sunt quattuor partēs caelī? ...
4. Quae dīcitur ea caelī pars unde sōl oritur? ...
5. Pars contrāria quae est? ...
6. Unde Mēdus et Lydia nāvem cōnscendunt? ...
7. Quō proficīscuntur? ...
8. Cūr in Graeciam īre volunt? ...
9. Quid sēcum ferunt in nāve? ...
10. Quid Mēdus et Lydia ē nāve spectant? ...
11. Cūr hominēs in portū vix cernī possunt? ...
12. Num trīstis est Mēdus? ...
13. Cūr Lydia nōn laetātur? ...
14. Quōmodo Mēdus amīcam suam cōnsōlātur? ...
15. Quam in partem nāvigant? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 96–150)

Exercitium 8

multum | paulum — -ī / -ae / -is

Exemplum: Puer aeger multum aqu<u>ae</u> bibit et paulum cib<u>ī</u> ēst.

1. In Tiberī nōn multum, sed paulum aqu____ est.
2. Iūlius multum pecūni____ habet.
3. Ovēs multum herb____ edunt.
4. Pāstor nōn paulum pān____ sēcum fert.
5. In corde et in vēnīs multum sanguin____ est.
6. Post paulum tempor____ discipulī dormiunt.

Exercitium 9

mult<u>um</u>
paul<u>um</u>
mult<u>ō</u> | paul<u>ō</u> — -ior -ius / post / ante

1. Quīntus, quī mult____ ēsse solet, hodiē paul____ ēst.
2. Quīntus mult____ crassior est quam Mārcus et paul____ crassior quam Iūlia.
3. Nāvis proficīscitur; paul____ post terra cernī nōn potest.
4. Nūbēs oriuntur, nec mult____ post tempestās oritur.
5. Iam flūctūs mult____ altiōrēs sunt quam paul____ ante.
6. Nautae mult____ aquae ē nāve hauriunt.
7. Nāvis paul____ levior fit.
8. Dānuvius flūmen mult____ longius est quam Tiberis et paul____ longius quam Rhēnus.

Exercitium 10

āter
cōnārī
fierī fit
fulgur
haurīre
iactāre

1. Dum gubernātor ________ [↔ tacet], Mēdus caelum spectat.
2. Ab occidente nūbēs oriuntur nōn albae, sed ________ .
3. Nauta deum Neptūnum ________ : "Ō Neptūne!"
4. Paulō post ________ caelum et mare illūstrat, et statim magnus ________ audītur.
5. Simul tempestās oritur; mare turbidum ________ [= esse incipit].

6. Nāvis flūctibus __________ ac __________ [= prope nōn] gubernārī potest.
7. Necesse est aquam __________ et mercēs iacere.
8. Gubernātor Neptūnum invocat __________ timōrem [= quia timet].
9. Lydia Chrīstum invocat: "Ō Chrīste! __________ nōs!"
10. Mēdus Lydiam lābentem sustinēre __________, nec __________ [= sed nōn] ipse stāre potest.
11. Lydia __________ [= rūrsus] Chrīstum invocat: "Ō Chrīste! Iubē mare tranquillum __________!"

invocāre
iterum
loquī
propter
servāre
tonitrus
vērō
vix

Exercitium 11

1. Quid Mēdus in occidente videt? ...
2. Quid gubernātor opperītur? ...
3. Cūr Neptūnum invocant nautae? ...
4. Cūr nāvis gubernārī vix potest? ...
5. Quid nautae ē nāve hauriunt? ...
6. Cūr mercēs in mare iaciuntur? ...
7. Ubi est mercātor cuius mercēs iaciuntur? ...
8. Quem dominum Lydia invocat? ...
9. Quid tum agit Mēdus? ...
10. Cūr Mēdus loquī nōn potest? ...
11. Cūr nautae aquam haurīre dēsinunt? ...
12. Mergiturne nāvis? ...

Lēctiō grammatica (versūs 151–165)

Lēctiō grammatica

Exercitium 12

1. *Timē|re* verbum āctīvum est; *timē|rī* verbum __________ est.
2. *Verē|rī* est verbum __________; *verē|rī* et *lāb|ī* verba __________ sunt.
3. Īnfīnītīvus verbī dēpōnentis nōn in *-re* dēsinit, sed in *-rī/-ī* ut īnfīnītīvus verbī __________.
4. Īnfīnītīvus: *cōn*_____, *intu*_____, *loqu*_____, *opper*_____.
5. Persōna tertia verbī dēpōnentis nōn in *-t, -nt* dēsinit, sed in *-tur, -ntur* ut persōna tertia verbī __________.
6. Persōna tertia: singulāris: *cōn*_____, *intu*_____, *loqu*_____, *opper*_____; plūrālis: *cōn*_____, *intu*_____, *loqu*_____, *opper*_____.
7. Participium verbī dēpōnentis dēsinit in *-ns* ut participium verbī __________.
8. Participium: nōm. sing. *cōn*_____, *intu*_____, *loqu*_____, *opper*_____.

verbum dēpōnēns
verbum āctīvum:
 īnf. *-re*
 pers.3 *-t -nt*
verbum passīvum et dēpōnēns:
 īnf. *-rī -ī*
 pers. 3 *-tur -ntur*
verbum āctīvum et dēpōnēns:
 part. *-ns -ntis*

CAPITVLVM SEPTIMVM DECIMVM

Cap. XVII

Lēctiō prīma (versūs 1–41)

Lēctiō I

Exercitium 1

1. Quot sunt x et III? ...
2. Quot sunt x et IV? ...
3. Quot sunt x et v? ...
4. Quot sunt x et VI? ...
5. Quot sunt x et VII? ...
6. Quot sunt x et VIII? ...
7. Quot sunt x et IX? ...
8. Quot sunt xx et VIII? ...
9. Quot sunt xx et IX? ...
10. Quot sunt xx et x? ...

duodētrīgintā
duodēvīgintī
quattuordecim
quīndecim
sēdecim
septendecim
trēdecim
trīgintā
ūndētrīgintā
ūndēvīgintī

centēsimus
discere
docēre
doctus
indoctus
industrius
interpellāre
nescīre
nōngentī
octingentī
piger
postrēmō
prāvē
prāvus
prūdēns
quadrāgintā
quadringentī
quīngentī
quīnquāgintā
quisque quemque
rēctē
rēctus
respōnsum
scīre
sescentī
septingentī
septuāgintā
tollere
tot
ūsque

Exercitium 2

1. Discipulus est puer quī __________ .
2. Quī discipulōs __________ magister est.
3. Magister est vir __________ , quī multās rēs __________ .
4. Discipulī sunt puerī __________ , quī multās rēs __________ [= nōn sciunt].
5. Discipulus quī nihil discere vult __________ est.
6. Sextus nec stultus nec piger est, sed __________ atque __________ .
7. Magister: "Dīc numerōs ā decem __________ ad centum!"
8. __________ discipulus manum __________ , prīmum Sextus, deinde Titus, __________ Mārcus.
9. Titus numerōs dīcit ā X ad XXII, tum magister eum __________ .
10. Titus decimum __________ numerum dīcit ā XX ad C: "Vīgintī, trīgintā, __________ , __________ , sexāgintā, __________ , octōgintā, nōnāgintā, centum."
11. Sextus, quī numerōs ā C ad M dīcere iubētur, __________ [= tam multōs] numerōs dīcere nōn vult.
12. Sextus __________ [C] quemque numerum tantum dīcit: "Centum, ducentī, trecentī, __________ , __________ , __________ , __________ , __________ , __________ , mīlle."
13. Magister: "Quot sunt __________ [XL] et decem?" Sextus: " __________ [L]." Mārcus: "Sexāgintā."
14. Quod Sextus respondet __________ est.
15. __________ Mārcī nōn rēctum, sed __________ est.
16. Sextus __________ respondet; Mārcus __________ respondet.

Exercitium 3

1. Quid magister puerōs docet? ...
2. Num doctī sunt discipulī? ...
3. Quī discipulus multās rēs discit? ...
4. Sedentne discipulī magistrō recitante? ...
5. Quid faciunt discipulī antequam respondent? ...
6. Omnēsne simul manum tollunt? ...
7. Quōs numerōs dīcit Titus? ...
8. Num Sextus omnēs numerōs dīcit ā centum ad mīlle? ...
9. Estne Sextus puer stultus? ...
10. Omnēsne discipulī rēctē respondent? ...
11. Cūr Mārcus prāvē respondet? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 42–87)

-ō	-mus
-s	-tis
-t	-nt
-or	-mur
-ris	-minī
-tur	-ntur

Exercitium 4

1. Bonus discipulus magistrum salūta_____ cum eum vide_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____ .
2. Sextus: "Ego magistrum salūt_____ cum eum vide_____ et ā magistrō salūt_____ cum ab eō vide_____ ."
3. Mārcus: "Ego numquam ā magistrō salūt_____ ."
4. Sextus: "Tū nōn salūtā_____ ā magistrō cum ab eō vidē_____ , quia ipse magistrum nōn salūtā_____ cum eum vidē_____ ."
5. Bonī discipulī magistrum salūta_____ cum eum vide_____ et ā magistrō salūta_____ cum ab eō vide_____ .

6. Sextus et Titus: "Nōs magistrum salūtā_____ cum eum vidē_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____."
7. Mārcus: "Vērum dīcitis: vōs magistrum salūtā_____ cum eum vidē_____ et ā magistrō salūtā_____ cum ab eō vidē_____, quia magister amīcus patribus vestrīs est!"

Exercitium 5

1. Syra Iūliam vocat = Iūlia ā Syrā voc_____.
2. Syra Iūliam quaerit nec eam reperit = _____ _____ _____ _____ _____ _____.
3. Iūlia: "Syra mē vocat" = "(Ego) _____ _____ _____."
4. Iūlia: "Syra mē quaerit nec mē reperit" = "(Ego) _____ _____ _____ nec _____."
5. Mārcus: "Syra tē vocat" = "(Tū) _____ _____ _____."
6. Mārcus: "Syra tē quaerit nec tē reperit" = "(Tū) _____ _____ _____ nec _____."
7. Syra puerōs vocat = _____ _____ _____ _____.
8. Syra puerōs quaerit nec eōs reperit = _____ _____ _____ _____ nec _____.
9. Puerī: "Syra nōs vocat" = "(Nōs) _____ _____ _____."
10. Puerī: "Syra nōs quaerit nec nōs reperit" = "(Nōs) _____ _____ _____ nec _____."
11. Iūlia: "Syra vōs vocat" = "(Vōs) _____ _____ _____."
12. Iūlia: "Syra vōs quaerit nec vōs reperit" = "(Vōs) _____ _____ _____ nec _____."

[1]	-or	-āmur
	-āris	-āminī
	-ātur	-antur
[2]	-eor	-ēmur
	-ēris	-ēminī
	-ētur	-entur
[3]	-or	-imur
	-eris	-iminī
	-itur	-untur
[4]	-ior	-īmur
	-īris	-īminī
	-ītur	-iuntur

Exercitium 6

1. Magister Sextum _____: "Bonus es discipulus, Sexte. Semper rēctē, _____ prāvē respondēs."
2. Mārcus nōn laudātur, sed _____.
3. Quod magister interrogat nōn difficile, sed _____ est.
4. Mārcus vērō semper prāvē respondet, _____ facile est quod interrogātur; neque enim _____ antequam respondet.
5. Mārcus: "Quod ego interrogor nimis _____ est, neque aliī discipulī tam _____ interrogantur quam ego."
6. XXX et VIII sunt _____, XXX et IX _____.

cōgitāre
difficilis
duodēquadrāgintā
facilis
laudāre
numquam
quamquam
reprehendere
saepe
ūndēquadrāgintā

Exercitium 7

1. Cūr Sextus et Titus laudantur ā magistrō? ...
2. Estne difficile quod magister interrogat? ...
3. Quem magister reprehendit? ...
4. Cūr Mārcus numquam laudātur?
5. Num Mārcus semper interrogātur? ...
6. Estne magister amīcus patribus discipulōrum? ...
7. Quīntusne ā magistrō reprehenditur? ...
8. Quot sunt quadrāgintā et octō? ...
9. Estne facile quod vōs interrogāminī, discipulī? ...
10. Tūne saepe ā magistrō/magistrā laudāris? ...
11. Tūne Mārcum stultum esse putās? ...

Lēctiō III

[1]	-or	-āmur
	-āris	-āminī
	-ātur	-antur
[2]	-eor	-ēmur
	-ēris	-ēminī
	-ētur	-entur
[3]	-or	-imur
	-eris	-iminī
	-itur	-untur
[4]	-ior	-īmur
	-īris	-īminī
	-ītur	-iuntur

Lēctiō tertia (versūs 88–152)

Exercitium 8

Exempla: vereor = timeō verēmur = timēmus
verēris = timēs verēminī = timētis
verētur = timet verentur = timent

1. Nauta nōn proficīsc_____ , quia ventum secundum opper_____ .
2. Mēdus: "Cūr nōn proficīsc_____ , nauta? Quid opper_____ ?"
3. Nauta: "Nōn proficīsc_____ , quia ventum secundum opper_____ ."
4. Nautae nōn proficīsc_____ , quia ventum secundum opper_____ .
5. Mēdus: "Cūr nōn proficīsc_____ , nautae? Quid opper_____ ?"
6. Nautae: "Nōn proficīsc_____ , quia ventum secundum opper_____ ."
7. Mēdus laet_____ nec iam dominum ver_____ .
8. Mēdus: "Ego laet_____ nec iam dominum ver_____ . Cūr tū nōn laet_____ , Lȳdia? Quid ver_____ ?"
9. Nautae nōn laet_____ , quia tempestātem ver_____ .
10. Mēdus: "Nōnne ventō secundō laet_____ , nautae? Cūr caelum intu_____ ? Quid ver_____ ?"
11. Nautae: "Nōn laet_____ , quia tempestātem ver_____ . Nūbēs ātrās procul in caelō intu_____ ."

A: "(ego) -ō"
AA: "(nōs) -mus"

A dīcit | 'sē -re'
AA dīcunt

Exercitium 9

Exempla:
Magister: "Ego bene recitō." Magister dīcit 'sē bene recitāre.'
Discipulī: "Nōs bene recitāmus." Discipulī dīcunt 'sē bene recitāre.'
Iūlius: "Servus meus abest." Iūlius dīcit 'servum suum abesse.'
Iūlius: "Servum meum quaerō." Iūlius dīcit 'sē servum suum quaerere.'
Discipulī: "Probī sumus ac magistrō nostrō pārēmus." Discipulī dīcunt 'sē probōs esse ac magistrō suō pārēre.'

1. Iūlia: "Ego bene canō." Iūlia dīcit ' _____ bene can_____ .'
2. Albīnus: "Ōrnāmenta vēndō." Albīnus dīcit _____ ōrnāmenta vēnd_____ .'
3. Servus: "Fessus sum." Servus dīcit '_____ fess_____ es_____ .'
4. Servī: "Fessī sumus." Servī dīcunt ' _____ fess_____ es_____ .'
5. Nauta: "Ventum secundum opperior." Nauta dīcit ' _____ ventum secundum opper_____ .'
6. Nautae: "Neptūnum verēmur." Nautae dīcunt ' _____ Neptūnum ver_____ .'
7. Iūlius: "Fīlius meus aegrōtat." Iūlius dīcit 'Fīli_____ _____ aegrōt_____ .'
8. Titus: "Ego librum meum nōn habeō." Titus dīcit ' _____ librum _____ nōn hab_____ .'
9. Sextus: "Laudor ā magistrō meō." Sextus dīcit ' _____ laud_____ ā magistrō _____ .'
10. Servus: "Dominō meō pāreō." Servus dīcit ' _____ dominō _____ pār_____ .'
11. Lydia: "Cum amīcō meō proficīscor." Lydia dīcit '___ cum amīcō _____ proficīsc_____ .'
12. Mīlitēs: "Nōs patriam nostram dēfendimus." Mīlitēs dīcunt ' _____ patriam _____ dēfend_____ .'

Exercitium 10

absēns
as
certus
computāre

1. Quīntus, quī hodiē abest, etiam _____ ā magistrō laudātur.
2. Magistrō suō pārēre _____ .
3. Magister ē sacculō suō _____ duōs nummōs, _____ et _____ .

4. Magister: "Quot sēstertiī sunt sex dēnāriī?" Titus digitīs ____________ : "...quattuor, ...octō, ...duodecim..."
5. Titus: "Sunt sēstertiī... vīgintī? an trīgintā?" Titus nōn ____________ , sed ____________ est. Sextus autem rēctē respondet.
6. Magister Sextō assem dat, et dēnārium in sacculō ____________ .
7. Magister ____________ nōn est neque pecūniam suam discipulīs ____________ .
8. Mārcus: " ____________ [= cūr] nōs computāre docēs, magister?"
9. Magister: "Id exemplō ____________ possum: Sī sēdecim assēs cum amīcō tuō ____________ [= dīvidis]..."

dēmōnstrāre
dēnārius
incertus
largīrī
largus
oportēre
partīrī
prōmere
quārē
repōnere

Exercitium 11

1. Quid magister ē sacculō suō prōmit? ...
2. Quot assēs est ūnus sēstertius et quot sēstertiī ūnus dēnārius? ...
3. Quōmodo parvī discipulī computant? ...
4. Cūr Titus magistrō interrogantī nōn statim respondet? ...
5. Quid dīcit Sextus manum tollēns? ...
6. Cūr incertum est respōnsum Titī? ...
7. Sextusne incertus est? ...
8. Quid magister Sextō dat? ...
9. Estne largus magister Diodōrus? ...
10. Quārē puerī computāre discunt? ...
11. Cūr Mārcus decem assēs nōn habet? ...
12. Cūr magister Mārcum nihil docēre potest? ...
13. Tūne pecūniam tuam partīris cum amīcīs? ...

Lēctiō grammatica (versūs 153–193)

Exercitium 12

1. *Laud|or, laudā|mur* est persōna ____________ verbī passīvī.
2. *Laudā|ris, laudā|minī* est persōna ____________ verbī passīvī.
3. *Laudā|tur, lauda|ntur* est persōna ____________ verbī passīvī.
4. Persōnae verbī passīvī: persōna tertia *-tur, -ntur;* persōna secunda -______ , -______ ; persōna prīma -______ , -______ .

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
5.	Pers. 1	*vocor*	*voc______*	*vid______*	*vid______*
6.	Pers. 2	*voc______*	*voc______*	*vid______*	*vid______*
7.	Pers. 3	*voc______*	*voc______*	*vid______*	*vid______*
8.	Pers. 1	*dūc______*	*dūc______*	*aud______*	*aud______*
9.	Pers. 2	*dūc______*	*dūc______*	*aud______*	*aud______*
10.	Pers. 3	*dūc______*	*dūc______*	*aud______*	*aud______*

11. *Laet|or, laetā|mur* est persōna ____________ verbī dēpōnentis.
12. *Laetā|ris, laetā|minī* est persōna ____________ verbī dēpōnentis.
13. *Laetā|tur, laeta|ntur* est persōna ____________ verbī dēpōnentis.

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
14.	Pers. 1	*cōnor*	*cōn______*	*ver______*	*ver______*
15.	Pers. 2	*cōn______*	*cōn______*	*ver______*	*ver______*
16.	Pers. 3	*cōn______*	*cōn______*	*ver______*	*ver______*
17.	Pers. 1	*loqu______*	*loqu______*	*part______*	*part______*
18.	Pers. 2	*loqu______*	*loqu______*	*part______*	*part______*
19.	Pers. 3	*loqu______*	*loqu______*	*part______*	*part______*

Lēctiō grammatica

Persōnae verbī passīvī et dēpōnentis

		sing.	plūr.
pers. 1		*-or*	*-mur*
pers. 2		*-ris*	*-minī*
pers. 3		*-tur*	*-ntur*
[1]	1	*-or*	*-ā|mur*
	2	*-ā|ris*	*-ā|minī*
	3	*-ā|tur*	*-a|ntur*
[2]	1	*-e|or*	*-ē|mur*
	2	*-ē|ris*	*-ē|minī*
	3	*-ē|tur*	*-e|ntur*
[3]	1	*-or*	*-imur*
	2	*-eris*	*-iminī*
	3	*-itur*	*-untur*
[4]	1	*-i|or*	*-ī|mur*
	2	*-ī|ris*	*-ī|minī*
	3	*-ī|tur*	*-i|untur*

Cap. XVIII

Lēctiō I

īdem eadem idem
eundem eandem idem
eiusdem
eīdem
eōdem eādem eōdem

CAPITVLVM DVODEVICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–61)

Exercitium 1

1. Dāvus et Ursus sunt servī ____dem dominī.
2. Dāvus et Ursus ____dem dominum habent.
3. Dāvō et Ursō ____dem dominus est.
4. Dāvus et Ursus ____dem dominō pārent.
5. Dāvus et Ursus cum ____dem dominō habitant.
6. Dēlia et Syra sunt ancillae ____dem dominae.
7. Dēlia et Syra ____dem dominam habent.
8. Dēliae et Syrae ____dem domina est.
9. Dēlia et Syra ____dem dominae pārent.
10. Dēlia et Syra cum ____dem dominā habitant.
11. Patrī et fīliō ____dem cognōmen est.
12. Pater et fīlius ____dem cognōmen habent.
13. Mare Īnferum et Tūscum sunt duo nōmina ____dem maris.
14. ____dem marī duo nōmina sunt.
15. Pater et māter in ____dem cubiculō dormiunt.

coniungere
cōnsonāns
dictāre
erus
frequēns
intellegere
ita
iungere
legere
lingua
rārus
scrībere
sententia
sīc
significāre
varius
vōcālis

Exercitium 2

1. Ex litterīs Latīnīs sex ____________ sunt, cēterae sunt ____________ .
2. In ____________ Latīnā *k* littera nōn ____________ , sed ____________ est.
3. Cōnsonāns semper cum vōcālī ____________ .
4. Cum vocābula ____________ [= iunguntur], ____________ fīunt.
5. Haec vocābula *dominus* et ____________ eundem hominem ____________ .
6. Magister librōs et Graecōs et Latīnōs ____________ potest.
7. Mārcus vocābula Graeca nōn ____________ .
8. Discipulī in tabulīs ____________ id quod magister iīs ____________ .
9. ____________ [= eō modō] puerī scrībere discunt.
10. Mārcus vocābulum *homō* scrībit ____________ [= hōc modō]: OMO.
11. Barbarīs nōn eadem lingua, sed ____________ linguae sunt.

Exercitium 3

1. Quot sunt litterae Latīnae? ...
2. Quot sunt vōcālēs et quot cōnsonantēs? ...
3. Estne *b* vōcālis an cōnsonāns? ...
4. Suntne vōcālēs an cōnsonantēs litterae *e* et *o*? ...
5. In quibus vocābulīs reperiuntur litterae *y* et *z*? ...
6. Quid est zephyrus? ...
7. Num *k* littera frequēns est in linguā Latīnā? ...
8. Quid est *Kaesō*? ...
9. In vocābulō *familia* quot litterae et quot syllabae sunt? ...
10. Utrum vocābulum rārius est *dominus* an *erus*? ...
11. Quōs librōs magister legere potest? ...
12. Quōmodo parvus discipulus legit? ...
13. Quid scrībunt discipulī? ...
14. Omnēsne discipulī rēctē scrībunt? ...

facere
facit faciunt

Exercitium 4

1. Vōcālis per sē syllabam ____________ potest.
2. Sine vōcālī syllaba ____________ nōn potest.
3. Cōnsonāns per sē syllabam nōn ____________ .

4. Sī cōnsonāns cum vōcālī iungitur, syllaba ______________ .
5. Cum syllabae coniunguntur, vocābula ______________ .
6. Ōrnāmenta fēminam pulchram etiam pulchriōrem ______________ .
7. Ōrnāmentīs fēmina pulchra etiam pulchrior ______________ .

fierī
fit fīunt

Exercitium 5

1. In tabulā suā ______________ que discipulus eandem sententiam scrībit.
2. Magister ______________ que discipulum ad sē vocat, prīmum Sextum, tum Titum, postrēmō Mārcum.
3. Magister tabulam ______________ que discipulī aspicit.
4. Magister suam ______________ que discipulō tabulam reddit.
5. Parvus discipulus cum legit __________ que litteram __________ que syllabae et ______________ que syllabam ______________ que vocābulī dīcit.
6. Ita ______________ que vocābulum ā ______________ que discipulō legitur.
7. In vocābulō *September* __________ que syllaba vōcālem habet: in __________ que syllabā eadem vōcālis est.
8. In linguā Graecā suum ____________ que litterae nōmen est, ut Α *alpha*, Β *bēta*, Γ *gamma*, Δ *delta*, cēt.

quis- quae- quod -que
quem- quam- quod -que
cuius-que
cui-que
quō- quā- quō -que

Lēctiō secunda (versūs 62–118)

Lēctiō II

Exercitium 6

1. Titus nōn tam stultus nec tam pig__________ est quam Mārcus.
2. Mārcus stultior et pig__________ est quam cēterī discipulī.
3. Mārcus discipulus stultissimus et pig__________ est.
4. Ānulus sine gemmā nōn tam pulch__________ est quam ānulus gemmātus.
5. Ānulus quem Mēdus emit pulch__________ est quam cēterī ānulī Albīnī.
6. Mēdus ānulum Albīnī pulch__________ emit.
7. Capillus Sextī et Titī nōn tam nig__________ est quam Mārcī.
8. Capillus Mārcī nig__________ est quam cēterōrum puerōrum.
9. Capillus Mārcī nig__________ est.

-er
-rior
-errimus

Exercitium 7

Exempla: Quālis mīles est Aemilius? Mīles probus et fortis est.
Quōmodo pugnat? Aemilius probē et fortiter pugnat.

1. Quālis discipulus est Mārcus? Mārcus discipulus stult__________ est.
2. Quōmodo Mārcus respondet? Mārcus stult__________ respondet.
3. Quāle est respōnsum Sextī? Respōnsum eius rēct__________ est.
4. Quōmodo Sextus respondet? Sextus rēct__________ respondet.
5. Quālēs sunt litterae Mārcī? Litterae eius nōn pulchr__________ sunt, sed foed__________ (= turp__________).
6. Quōmodo scrībit Mārcus? Mārcus nōn pulchr__________ , sed foed__________ (= turp__________) scrībit.
7. Magister librōs Latīn__________ et Graec__________ legere potest.
8. Magister et Latīn__________ et Graec__________ legere potest.
9. Mārcus lev__________ manū scrībit: Mārcus lev__________ scrībit.
10. Mīlitēs fort__________ nōn fugiunt, sed fort__________ pugnant.
11. Aemilius long__________ abest ā sorōre suā.
12. Pater pecūniam suam aequ__________ partītur inter fīliōs.
13. Cert__________ Aemilia fēmina pulchrior est quam Syra.
14. Mēnsēs annī nōn aequ__________ longī sunt.
15. Syra mal__________ aurēs habet: Syra__________ audit.
16. Aquila bon__________ oculōs habet: aquila__________ videt.

-us -a -um
-ē
-is -e
-iter
bonus -a -um
bene
malus -a -um
male

A nōn tam -ē/-iter -t quam B = B -ius -t quam A

Exercitium 8

Exemplum:

Sextus nōn tam prāvē nec tam turpiter scrībit quam Mārcus = Mārcus prāvius et turpius scrībit quam Sextus.

1. Lūna nōn tam clār____ lūcet quam sōl = Sōl clār____ lūcet quam lūna.
2. Hostēs nōn tam fort____ pugnant quam Rōmānī = Rōmānī fort____ pugnant quam hostēs.
3. Manus fēminae nōn tam grav____ pulsat quam virī = Manus virī grav____ pulsat quam fēminae.
4. Mārcus nōn tam pulchr____ scrībit quam Sextus = Sextus pulchr____ scrībit quam Mārcus.
5. Titus nōn tam stult______ respondet quam Mārcus nec tam sevēr______ reprehenditur = Mārcus stult______ respondet quam Titus et sevēr______ reprehenditur.
6. Titus nōn tam foed____ nec tam lev______ scrībit quam Mārcus = Mārcus foed______ et lev______ scrībit quam Titus.

-ior -ius
-ius
-issimus -a -um (-rimus -a -um)
-issimē (-rimē)

Exercitium 9

1. Nūlla stēlla clār______ est quam sōl: sōl stēlla clār______ est.
2. Nūlla stēlla clār______ lūcet quam sōl: sōl clār______ lūcet.
3. Mārcus stult______ est quam cēterī discipulī: Mārcus discipulus stult______ est.
4. Nēmō stult______ respondet quam Mārcus: Mārcus stult______ respondet.
5. Nūllī mīlitēs fort______ sunt quam Rōmānī; Rōmānī mīlitēs fort______ sunt.
6. Nūllī mīlitēs fort______ pugnant quam Rōmānī; mīlitēs Rōmānī fort______ pugnant.
7. Nēmō rēct______ aut pulchr______ scrībit quam Sextus: is rēct______ ac pulcher______ scrībit.
8. Mārcus turp______ et prāv______ scrībit quam cēterī discipulī: is turp______ et prāv______ scrībit.

addere
apis
bēstiola
cēra
comparāre
corrigere
deesse
dūrus
efficere
exaudīre
ferrum
māteria
mendum
mollis
premere
quālis
tālis
turpis

Exercitium 10

1. Magister litterās Mārcī cum litterīs Titī __________ .
2. __________ sunt litterae eōrum? Aequē __________ [= foedae] sunt.
3. __________ litterae vix legī possunt.
4. Id quod Mārcus parvā vōce dīcit ā magistrō __________ .
5. In tabulā Mārcī IV __________ sunt, nam IV litterae __________ .
6. Magister litterās quae dēsunt __________ ; ita menda __________ .
7. Tabulae operiuntur __________ , id est __________ mollī quam __________ , __________ [= parvae bēstiae] industriae, faciunt.
8. Cēra nōn est māteria __________ , sed __________ .
9. __________ est māteria dūra ex quā gladiī __________ .
10. Sī cēra nimis dūra est, necesse est stilum __________ .

Exercitium 11

1. Quālēs sunt litterae Sextī? ...
2. Cūr difficile est litterās Titī et Mārcī legere? ...
3. Titusne pulchrius scrībit quam Mārcus? ...
4. Cūr facile est rēctius quam Mārcus scrībere? ...
5. Cum quō discipulō sē comparat Titus? ...
6. Uter sevērius reprehenditur, Titusne an Mārcus? ...

7. Cūr Mārcus OMO ABET scrībit? ...
8. Quae littera in iīs vocābulīs deest? ...
9. Quot menda sunt in sententiā Mārcī? ...
10. Quōmodo magister menda Mārcī corrigit? ...
11. Cūr tenuēs sunt līneae quās Mārcus scrībit? ...
12. Quā māteriā tabulae operiuntur? ...
13. Quae animālia cēram faciunt? ...
14. Cūr Mārcus aliam tabulam poscit? ...
15. Quid est ferrum? ...

Lēctiō tertia (versūs 119–192)

Lēctiō III

Exercitium 12

Iūlia cantat: "La-la-la..." Estne *la* vocābulum Latīnum? La nōn est vocābulum, sed syllaba nihil significāns quam puella laeta iterum atque iterum cantat.

1. Quot______ Iūlia la cantat? Iūlia *la* cantat
   quīnqu______ : "La-la-la-la-la."
   sex______ : "La-la-la-la-la-la."
   sept______ : "La-la-la-la-la-la-la."
   oct______ : "La-la-la-la-la-la-la-la."
   nov______ : "La-la-la-la-la-la-la-la-la."
   dec______ : "La-la-la-la-la-la-la-la-la-la."
2. Mārcus, quī eandem syllabam tot______ audīre nōn vult, puellam cantantem pulsat.
3. Tum Quīntus Mārcum pulsat. Quot______ ? ______ [1×] tantum, nam Mārcus item Quīntum ______ pulsat.
4. Quot______ Iūliam pulsat Mārcus? Mārcus Iūliam ______ [2×] pulsat.
5. Iūlia ______ [3×] mātrem vocat: "Mamma! Mam-ma! Ma-am-ma!"
6. Magister Mārcum interrogat ______ [4×]: "Quot sunt XXX et X? XXX et VII? XXX et VIII? XXX et IX?"
7. Mārcus ______ [1×] rēctē et ______ [3×] prāvē respondet.

<u>-iēs</u>
quotiēs?
semel (1×)
bis (2×)
ter (3×)
quater (4×)
quīnquiēs (5×)
sexiēs (6×)
septiēs (7×)
octiēs (8×)
noviēs (9×)
deciēs (10×)
totiēs

Exercitium 13

1. In vocābulō HOCVLVS H littera ______ .
2. Titus stilum vertēns eam litteram ______ .
3. Magister id quod Titus agit nōn ______ .
4. Sextus multās ______ ad patrem suum absentem scrībit.
5. Sextus est discipulus ______ [= industrius].
6. Magister nōn stilō in cērā, sed ______ in ______ scrībit.
7. Ea herba ex quā charta efficitur ______ appellātur.
8. Kalendīs discipulī magistrō suō ______ afferunt.
9. Magister ānulum suum in cēram ______ : ita epistulam ______

animadvertere
calamus
charta
dēlēre
epistula
impiger
imprimere
mercēs
papyrus
signāre
superesse

Exercitium 14

1. Quotiēs Mārcus eandem litteram scrībit? ...
2. Quotiēs scrībit tōtam sententiam? ...
3. Quid Titus in tabulā Mārcī animadvertit? ...
4. Cūr Titus nūllum verbum facit? ...
5. Quōmodo Mārcus vocābulum HOCVLOS corrigit? ...
6. Semperne domī est pater Mārcī? ...
7. Stilōne in cērā scrībit magister? ...
8. Ubi papyrus reperītur? ...

9. Ad quem magister epistulam scrībit? ...
10. Quid magister in epistulā suā scrībit? ...
11. Quid magister poscit ā discipulīs? ...
12. Quid est mercēs? ...
13. Quandō discipulī mercēdem afferre solent? ...
14. Quid magister addit antequam epistulam signat? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 193–212)

Exercitium 15

Exempla: *Discipulus stultus stultē respondet.*
Manus levis leviter scrībit.

adiectīvum (adi.)
adverbium (adv.)

adi. *-us -a -um*
adv. -ē

adi. *-is -e*
adv. -iter

1. *Stultus* adiectīvum est; *stultē* __________ est.
2. *Stultus* et levis nōn adverbia, sed __________ sunt.
3. *Stultē* et leviter nōn sunt __________, sed __________.
4. Adiectīvum: *rēct|us -a -um*; adverbium: *rēct*_____.
5. Adiectīvum: *fort|is -e*; adverbium: *fort*_____.
6. Adverbium: *longē*; adiectīvum: *long*_____ - _____ - _____
7. Adverbium: *graviter*; adiectīvum: *grav*_____ - _____.
8. Adiectīvum: *pulcher -chr|a -chr|um*; adverbium: *pulchr*_____.

Exercitium 16

Exempla: *Mārcus prāvē et turpiter scrībit.*
Nēmō prāvius aut turpius scrībit quam Mārcus.
Mārcus prāvissimē et turpissimē scrībit.

comparātīvus et superlātīvus adverbiī
pos. *-ē/-iter*
comp. *-ius*
sup. *-issimē (-rimē)*

1. *Prāvē* et *turpiter* positīvus adverbiī est; *prāvius* et *turpius* est __________, *prāvissimē* et *turpissimē* __________ adverbiī.
2. Positīvus: *rēctē;* comparātīvus: *rēct*_____; superlātīvus: *rēct*__________.
3. Positīvus: *leviter;* comparātīvus: *lev*_____; superlātīvus: *lev*__________.
4. Positīvus: *pulchrē;* comparātīvus: *pulchr*_____; superlātīvus: *pulcher*__________.

Cap. XIX

CAPITVLVM VNDEVICESIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–58)

Exercitium 1

bonus -a -um
melior -ius
optimus -a -um

malus -a -um
pēior -ius
pessimus -a -um

magnus -a -um
māior -ius
māximus -a -um

parvus -a -um
minor minus
minimus -a -um

multī -ae -a
plūrēs -a
plūrimī -ae -a

1. Magister: "Sextus bonus discipulus est; nēmō discipulōrum meōrum __________ est quam ille: Sextus discipulus meus __________ est."
2. Magister: "Mārcus malus discipulus est; nēmō discipulōrum meōrum __________ est quam ille: Mārcus discipulus meus __________ est."
3. Sicilia īnsula magna est, __________ quam Corsica et Sardinia; Sicilia __________ hārum īnsulārum est.
4. Melita īnsula parva est, multō __________ quam Sicilia et Sardinia; Melita __________ hārum īnsulārum est.
5. Digitus quārtus __________ est quam digitus medius et __________ quam digitus quīntus, quī __________ est ex quīnque digitīs.
6. Ōstia est magnum oppidum, __________ quam Tūsculum, sed __________ quam Rōma.
7. Iūlius multōs servōs habet, __________ quam Cornēlius aut Fabius; ex tribus dominīs Iūlius __________ servōs habet.

Exercitium 2

1. Aemilia ________ Iūliī est; Iūlius ________ Aemiliae est.
2. Marītus et uxor sub eōdem ________ habitant.
3. Inter altās ________ , quae tēctum sustinent, tria ________ stant.
4. Iūnō, ________ [= uxor] Iovis, est ________ mātrōnārum.
5. Venus dea ________ ac ________ est, neque ________ alia dea pulchrior est quam illa; ________ Veneris ab omnibus laudātur.
6. Venus et Cupīdō ab ________ invocantur.
7. Ante decem annōs Aemilia nōn ________ , sed ________ erat, quae apud parentēs suōs in ________ Rōmānā habitābat.
8. Tunc Iūlius ________ vigintī duōrum annōrum erat.
9. Iuppiter 'Optimus Māximus' ________ [= appellātur].
10. In Capitōliō est ________ Iovis Optimī Māximī.
11. In Palātiō sunt domūs ________ [= magnae et pulchrae].
12. In ________ Rōmānum multī hominēs ________ .

adulēscēns
amantēs
amor
columna
coniūnx
convenīre
dea
domus
forum
magnificus
marītus
mātrōna
pulchritūdō
signum
tēctum
templum
ūllus
uxor
virgō
vocāre

Exercitium 3

1. Cuius marītus est Iūlius? ...
2. Ubi sunt marītus et uxor et quid agunt? ...
3. Quōmodo sustinētur tēctum peristȳlī? ...
4. Quibus signīs peristȳlum ōrnātur? ...
5. Quae sunt Venus et Iūnō? ...
6. Cuius uxor est Iūnō? ...
7. Num Iuppiter bonus marītus est? ...
8. Cūr amantēs Venerem et Cupīdinem invocant? ...
9. Quot līberōs habent Iūlius et Aemilia? ...
10. Uter fīlius minor est, Mārcusne an Quīntus? ...
11. Quis est māximus līberōrum? ...
12. Quot annōs habet Iūlia? ...
13. Ante decem annōs ubi habitābat Aemilia? ...
14. Ubi est templum Iovis Optimī Māximī? ...
15. Estne Tūsculum oppidum māius quam Ōstia? ...
16. Quae est urbs māxima imperiī Rōmānī? ...

Exercitium 4

1. Iūlius nōn du______ fīliās, sed ūn______ fīliam habet.
2. Cornēlius nōn du______ fīliōs, sed ūn______ fīlium habet.
3. Cornēliō ūn______ fīlius est, nōn du______ , neque eī du______ fīliae sunt, sed ūn______ tantum.
4. Iūliō sunt tr______ līberī: du______ fīliī et ūn______ fīlia.
5. Iūlius est pater tr______ līberōrum: du______ fīliōrum et ūn______ fīliae.
6. Māter in ātriō est cum tr______ līberīs et du______ ancillīs.
7. Iūlius ā du______ servīs vehitur.
8. In peristȳlō sunt tr______ signa: ūn______ Cupīdinis, du______ altera Iūnōnis et Veneris.
9. In peristȳlō sunt signa du______ deārum et ūn______ deī.
10. Signum Cupīdinis est minimum hōrum tr______ signōrum (= ex hīs tr______ signīs).
11. Via Aurēlia, Flāminia, Appia sunt tr______ viae Italiae.
12. Via Appia longissima est hārum tr______ viārum (= ex hīs tr______ viīs).

ūnus -a -um
ūnum -am -um
ūnīus
ūnō -ā -ō

duo -ae -o
duōs -ās -o
duōrum -ārum -ōrum
duōbus -ābus -ōbus

trēs tria
trium
tribus

Lēctiō II

	(nunc)	(tunc)
	est	erat
	sunt	erant
[1]	-at	-ābat
	-ant	-ābant
[2]	-et	-ēbat
	-ent	-ēbant
[3]	-it	-ēbat
	-unt	-ēbant
[4]	-it	-iēbat
	-iunt	-iēbant
[1]	-ātur	-ābātur
	-antur	-ābantur
[2]	-ētur	-ēbātur
	-entur	-ēbantur
[3]	-itur	-ēbātur
	-untur	-ēbantur
[4]	-ītur	-iēbātur
	-iuntur	-iēbantur

Lēctiō secunda (versūs 59–88)

Exercitium 5

1. Sextus, fīlius Cornēliī, est discipulus probus, quī magistrō pār____, bene comput____, pulchrē scrīb____neque in lūdō dorm____ .
2. Itaque Sextus saepe ā magistrō laud____ , numquam reprehend____ .
3. Ante vīgintī annōs Cornēlius, pater Sextī, ipse puer ______ , quī Rōmae habit____ .
4. Tunc is discipulus tam probus ______ quam fīlius eius nunc ____ .
5. Cornēlius magistrō pār______ , bene comput______ , pulchrē scrīb______ neque in lūdō dorm______ .
6. Omnia verba magistrī ā discipulō industriō aud______ .
7. Itaque Cornēlius saepe ā magistrō laud______ , numquam reprehend______ .
8. Mārcus et Titus discipulī improbī sunt, quī in lūdō dorm______ , male comput______ , foedē scrīb______ nec magistrō pār______ .
9. Itaque saepe ā magistrō reprehend______ ac verber______ .
10. Ante vīgintī annōs Iūlius, pater Mārcī, et Fabius, pater Titī, ipsī puerī ______ , quī Rōmae habit______ .
11. Tunc iī discipulī tam improbī ______ quam fīliī eōrum nunc ______ .
12. Iūlius et Fabius male comput______ , foedē scrīb______ , nec magistrō pār______ .
13. In lūdō Iūlius et Fabius aut dorm______ aut clām______ et rīd______ .
14. Vōx magistrī ab illīs discipulīs nōn aud______ .
15. Iūlius et Fabius magistrum suum nōn tim______ , quamquam saepe ab eō reprehend______ ac verber______ .
16. In illō lūdō magister ā discipulīs nōn tim______ , sed discipulī improbissimī ā magistrō tim______ !

beātus
cotīdiē
dīves
dōnum
flōs
miser
mittere
pauper
possidēre
remittere
tamen

Exercitium 6

1. Pater Iūliī homō ________ [= pecūniōsus] erat.
2. Pater Aemiliae homō ________ erat, quī ūnam domum exiguam ________ .
3. Aemilia Iūlium nōn amābat, sed ________ Iūlius multa ________ eī dabat et ________ [= omnī diē] epistulās ad eam scrībēbat.
4. Aemilia dōna eius nōn accipiēbat, sed omnia ________ .
5. Quī fēminam amat nec ab eā amātur nōn ________ , sed ________ est.
6. Virī epistulās et rosās aliōsque ________ ad amīcās suās ________ solent.

Exercitium 7

1. Vīvitne pater Iūliī? ...
2. Ubi habitābat pater Aemiliae? ...
3. Num Iūlius propter pecūniam Aemiliam amābat? ...
4. Cūr tunc miser erat Iūlius? ...
5. Quem virum Aemilia amābat? ...
6. Cūr misera erat Aemilia? ...
7. Cūr Crassus Aemiliam nōn amābat? ...
8. Quid Iūlius ad Aemiliam mittēbat? ...
9. Omniane dōna Iūliī ab Aemiliā remittēbantur? ...
10. Cūr Iūlius et Aemilia hodiē beātī sunt? ...

Lēctiō tertia (versūs 89–153)

Lēctiō III

Exercitium 8

1. Ante xx annōs Iūlius ipse malus discipulus erat, quī in lūdō aut dormi_______ aut clāmā_______ et rīdē_______ et aliās rēs ag_______ .
2. Ergō Iūlius ā magistrō nōn laudā_______ , sed reprehend_______ ac pūni_______ .
3. Iūlius nihil disc_______ , quamquam ā bonō magistrō docē_______ .
4. Mārcus: "Num tū melior discipulus _______ , pater, quam ego sum?"
5. Iūlius: "Ego discipulus multō melior _______ quam tū nunc es!"
6. Mārcus: "Nōnne tū in lūdō dormi_______ aut clāmā_______ et rīdē_______ et aliās rēs ag_______ ?"
7. Iūlius: "Ego numquam in lūdō dormi_______ aut clāmā_______ et rīdē_______ aut aliās rēs ag_______ ."
8. Iūlius: "Ego multum disc_______ , quia ā bonō magistrō docē_______ , neque ab eō reprehend_______ aut pūni_______ , sed semper laudā_______ ."
9. Mārcus: "Sī numquam reprehend_______ aut pūni_______ , sed semper laudā_______ , certē ā malō magistrō docē_______ !"
10. Ante xx annōs Iūlius et Fabius malī discipulī _______ , quī in lūdō dormi_______ aut clāmā_______ et rīdē_______ et aliās rēs ag_______ .
11. Itaque Iūlius et Fabius ā magistrō suō nōn laudā_______ , sed reprehend_______ ac pūni_______ .
12. Iī discipulī nihil disc_______ , quamquam ā bonō magistrō docē_______ .
13. Quīntus: "Num vōs meliōrēs discipulī _______ quam nōs sumus?"
14. Iūlius: "Nōs discipulī multō meliōrēs _______ quam vōs nunc estis!"
15. Quīntus: "Nōnne vōs in lūdō dormi_______ aut clāmā_______ et rīdē_______ et aliās rēs ag_______ ?"
16. Iūlius: "Nōs numquam in lūdō dormi_______ aut clāmā_______ et rīdē_______ aut aliās rēs ag_______ ."
17. Iūlius: "Nōs multum disc_______ , quia ā bonō magistrō docē_______ , neque ab eō reprehend_______ aut pūni_______ , sed semper laudā_______ ."
18. Quīntus: "Sī vōs numquam reprehend_______ aut pūni_______ , sed semper laudā_______ , certē ā malō magistrō docē_______ !"

eram	erāmus
erās	erātis
erat	erant
[1, 2]	
-bam	-bāmus
-bās	-bātis
-bat	-bant
[3, 4]	
-ēbam	-ēbāmus
-ēbās	-ēbātis
-ēbat	-ēbant
[1, 2]	
-bar	-bāmur
-bāris	-bāminī
-bātur	-bantur
[3, 4]	
-ēbar	-ēbāmur
-ēbāris	-ēbāminī
-ēbātur	-ēbantur

Exercitium 9

Exemplum: Fabius suum Lūcium fīlium vocat: "Venī, Lūcī, fīlī mī!"

1. Iūlius Cornēlium salūtat: "Salvē, Cornēl_____ !"
2. Aemilia virō suō "Ō Iūl_____ " inquit, "m_____ optime vir!"
3. Aemilia, cum frātrī Aemiliō epistulam scrībit, sīc fīnem facit: "Valē, Aemil_____ , m_____ frāter optime!"
4. Aemilia: "Ō Quīnte, m_____ fīl_____ , doletne pēs?"

-ius
-ī! (*voc*)
fīlius
fīlī!
meus
mī!

Exercitium 10

1. Iūlius Aemiliae ōsculum dat = Iūlius Aemiliam _______ .
2. Aemilia: "Amor meus _______ tē tempore nōn _______ [= minor fit], immō vērō _______ ."
3. Iūlius semper _______ Aemiliā cōgitābat.
4. Aemilia: "Tū sōlus amōre meō _______ es, Iūlī."
5. Aemilia mātrōna _______ _______ [= tenuis] est quam virgō erat.
6. Aemilia nec minus nec _______ ēst quam _______ est [= necesse est].

augēre
dē
dignus
ergā
gracilis
minuere
minus
opus esse
ōsculārī
plūs

Exercitium 11

1. Amorne coniugum tempore minuitur? ...
2. Quid Aemilia dīcit? ...
3. Cūr rīdet Iūlius? ...
4. Cūr Crassus amōre Aemiliae dignus nōn erat? ...
5. Cūr Aemilia hodiē fēmina beāta est? ...
6. Quibus rēbus Aemilia cotīdiē dēlectātur? ...
7. Quōmodo Iūlius pulchritūdinem Aemiliae laudat? ...
8. Cūr Aemilia signum Veneris aspicit? ...
9. Estne Aemilia tam gracilis quam Venus? ...
10. Cūr Aemilia Iūlium virum stultum vocat? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 154–208)

Exercitium 12

Āctīvum

tempus praesēns

tempus praeteritum

1. *Voca|t, vide|t, dīc|it, audi|t* tempus ________ est.
2. *Vocā|bat, vidē|bat, dīc|ēbat, audi|ēbat* est tempus ________ .

praeteritum

3. Praeteritum: persōna tertia: [1, 2] *-bat, -bant,* [3, 4] *-ēbat, -ēbant;* per sōna secunda: [1, 2] -______ , -______ , [3, 4] -______ , -______ ; persōna prīma: [1, 2] -______ , -______ , [3, 4] -______ , -______ .

āctīvum

[1, 2]	sing.	plūr.
1	*-ba|m*	*-bā|mus*
2	*-bā|s*	*-bā|tis*
3	*-ba|t*	*-ba|nt*
[3, 4]		
1	*-ēba|m*	*-ēbā|mus*
2	*-ēbā|s*	*-ēbā|tis*
3	*-ēba|t*	*-ēba|nt*

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
4.	Pers. 1	*vocā*	*vocā*______	*vidē*______	*vidē*______
5.	Pers. 2	*vocā*______	*vocā*______	*vidē*______	*vidē*______
6.	Pers. 3	*vocā*______	*vocā*______	*vidē*______	*vidē*______
7.	Pers. 1	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
8.	Pers. 2	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
9.	Pers. 3	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______

10. Praeteritum verbī esse: singulāris: pers. 1 *eram,* 2 *er*____ , 3 *er*____ ; plūrālis: pers. 1 *er*______ , 2 *er*______ , 3 *er*______ .

Passīvum

11. *Vocā|bātur, vidē|bātur, dūc|ēbātur, audi|ēbātur* tempus ________ passīvī est.

passīvum

[1,2]	sing.	plūr.
1	*-ba|r*	*-bā|mur*
2	*-bā|ris*	*-bā|minī*
3	*-bā|tur*	*-ba|ntur*
[3,4]		
1	*-ēba|r*	*-ēbā|mur*
2	*-ēbā|ris*	*-ēbā|minī*
3	*-ēbā|tur*	*-ēba|ntur*

12. Praeteritum passīvī: persōna tertia: [1, 2] *-bātur, -bantur,* [3, 4] *-ēbātur, -ēbantur;* persōna secunda: [1, 2] -______ , -______ , [3, 4] -______ , -________ ; persōna prīma: [1, 2] -______ , -______ , [3, 4] -______ , -________ .

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
13.	Pers. 1	*vocā*______	*vocā*______	*vidē*______	*vidē*______
14.	Pers. 2	*vocā*______	*vocā*______	*vidē*______	*vidē*______
15.	Pers. 3	*vocā*______	*vocā*______	*vidē*______	*vidē*______
16.	Pers. 1	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
17.	Pers. 2	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
18.	Pers. 3	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______

CAPITVLVM VICESIMVM

Lēctiō prīma (versūs 1–46)

Exercitium 1

1. In Italiā Mēdus miser er_____, quia dominum timē_____ ac procul ab amīcā suā habitā_____.
2. In Graeciā Mēdus beātus er_____, quia cum amīcā suā habitā_____ nec dominum timē_____.
3. In Italiā Mēdus et Lȳdia miserī er_____, quia dominum Mēdī timē_____ nec in eādem urbe habitā_____.
12. Nōn decet puerum Rōmānum ________ [= lacrimāre], ________ [= quam-quam] gravem dolōrem ________ .
13. Quīntus ________ [= nescit] Mārcum ā Sextō pulsātum esse.
14. Quīntus enim ________ [↔ forīs] in lectō cubāns nihil ________ potest, etsī omnia scīre ________ [= vult].

Exercitium 3

1. Quiētēne iacet Quīntus in lectō? ...
2. Cūr dormīre nōn potest? ...
3. Quid puer facere cōnātur? ...
4. Quid mīrātur Quīntus? ...
5. Uter pēs māior est? ...
6. Cūr avēs in hortō silent? ...
7. Quō sonō silentium rumpitur? ...
8. Unde venit ille strepitus? ...
9. Quem vocat Quīntus? ...
10. Quid dīcit Quīntus dē pede suō aegrō? ...
11. Estne frāctum crūs eius? ...
12. Quārē Quīntus flēre incipit? ...
13. Quid agunt aliī puerī, dum Quīntus intus cubat? ...
14. Mārcusne cum aliīs puerīs lūdit? ...
15. Cūr Quīntus ignōrat Mārcum inclūsum esse? ...

	inf.	*imp.*
	-rī/-ī	-re/-ere
[1]	-ārī	-āre!
[2]	-ērī	-ēre!
[3]	-ī	-ere!
[4]	-īrī	-īre!

Exercitium 4

Exemplum: Iūlius servum sē opperīrī iubet: "Opperīre mē, serve!"
Iūlius servum sē sequī iubet: "Sequere mē, serve!"

1. Syra Quīntum laetārī iubet: "Laet________ , Quīnte!"
2. Quīntus Syram sē cōnsōl________ et sēcum loqu________ iubet: "Cōnsōl________ mē, Syra! Loqu________ mēcum!"
3. Mēdus Lȳdiam sē comit________ iubet: "Comit________ mē, Lȳdia!"
4. Nauta Mēdum caelum intu________ iubet: "Intu________ caelum!"
5. Mēdus nautam ventum secundum opper________ iubet: "Ventum secundum opper________ , nauta!"

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 52–117)

Exercitium 5

~erat		~erant	
≈us	erat	≈ī	erant
≈a		≈ae	
≈um		≈a	

1. Mārcus ē lūdō rediēns ūmidus erat, quod per imbrem ambul________ et sordidus quod humī iac________ .
2. Puerī enim pugn________ , et Mārcus et Sextus humī iac________ .
3. Sextus Mārcum puls________ et ā Mārcō et Titō puls________ erat.
4. Puerī ā magistrō verber________ erant, quod in lūdō dorm________ .
5. Māter Mārcum discipulum improbum fuisse nesciēbat, neque enim lēg________ litterās quās magister scrīps________ .
6. Aemilia virgō remittēbat flōrēs quōs Iūlius eī mīs________ .
7. Ancilla gaudēbat quod ā dominō laud________ erat.
8. Ancillae gaudēbant quod ā dominō laud________ erant.
9. Etsī pēs dolēbat, os frāct________ nōn erat.

Exercitium 6

1. Herī Mēdus Mārcum ad lūdum comit________ est.
2. Tabellārius canem iānitōris ver________ est [= timuit].
3. Mēdus Lȳdiam ōscul________ est et Lȳdia Mēdum ōscul________ est.
4. Syra Quīntum mortuum esse arbitr________ est [= putāvit].
5. Parentēs fīliam lacrimantem cōnsōl________ sunt.
6. Syra: "Tūne ē lectō surgere cōn________ es, Quīnte?"
7. Quīntus fatētur 'sē surgere cōn________ esse': "Surgere cōn________ sum."
8. Mārcus tabulam Sextī 'suam esse' dīxit: ita puer ment________ est.
9. Falsa sunt omnia quae Mārcus locūt________ est.
10. Tandem Mārcus 'sē ment________ esse' fass________ est: "Ment________ sum, pater. Falsa sunt omnia quae locūt________ sum."
11. Servī: "Semper vērum locūt______ sumus: numquam ment______ sumus."
12. Servī dīcunt 'sē semper vērum locūt____ esse nec umquam ment______ esse.'

≈us	sum	≈ī	sumus
≈a	es	≈ae	estis
	est		sunt

≈um	esse
≈am	
≈ōs	
≈ās	

Exercitium 7

1. Mārcus ā patre verberātus nōn est, quia iam verberāt____ ______ ā magistrō, sed in cubiculum inclūsus est.
2. Puer enim nōn modo malus discipulus fu________ et in lūdō dormīv________ , sed etiam in viā pugnāv______ et falsum dīx______ (= mentīt____ ______).
3. Mārcus: "Tū mē in cubiculum inclūsistī, pater, etsī iam ā magistrō verberāt____ ______ ! Nōnne satis pūnīt____ ______ ā magistrō?"
4. Iūlius: "Ego tē inclūsī, etsī iam ā magistrō verberāt____ ______ , quia nōn modo malus discipulus fu______ et in lūdō dormīv______ , sed etiam in viā pugnāv______ ac falsum dīx______ . Certē nōn satis pūnīt____ ______ ā magistrō!"
5. Mārcus (ad Quīntum): "Pater mē in cubiculum inclūsit, quia nōn sōlum malus discipulus fu______ et in lūdō dormīv______ , sed etiam in viā pugnāv______ ac falsum dīx______ ."
6. Herī magister puerōs verberāvit, quia malī discipulī fu______ et in lūdō dormīv______ .
7. Malī discipulī bonīs: "Herī magister nōs verberāvit, quia malī discipulī fu______ et in lūdō dormīv______ ; at vōs laudāvit, quia bonī discipulī fu______ atque omnia verba eius audīv______ ."
8. Mārcus et Titus Sextum pulsāvērunt, quia ab eō 'barbarī' appellāt______ .
9. Iūlius: "Cūr Sextum pulsāvistis? Vōsne ab eō pulsāt____ ______ ?"
10. Mārcus: "Sextum pulsāvimus, quod ab eō 'barbarī' appellāt____ ______ ."

~eram	~erāmus
~erās	~erātis
~erat	~erant

≈us	eram	≈ī	erāmus
≈a	erās	≈ae	erātis
	erat		erant

Exercitium 8

Exempla: Pater prūdentior est fīliō = Pater prūdentior est quam fīlius.
Leōne fortior = fortior quam leō.

1. Digitus quārtus minor est digit____ medi____ [= quam digitus medius].
2. Mōns Aetna altior est mont____ Vesuvi____ [= quam mōns Vesuvius].
3. Via Appia cēter____ vi____ longior est [= longior est quam cēterae viae].
4. Quae dea Vener____ pulchrior est [= pulchrior est quam Venus]?
5. Quod ōrnāmentum pulchrius est ānul____ gemmāt____ ?
6. Nūllus discipulus Mārc____ pigrior est.
7. Canis iānitōris lup____ ferōcior est.
8. Toga Mārcī niv____ candidior erat.
9. Nūllum mare māius est ōcean______ .
10. Nūlla stēlla sōl____ clārior est.

ablātīvus comparātiōnis

(comparātiō -ōnis f < comparāre)

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 118–162)

Exercitium 9

Āctīvum

1. *Vocāv|it* est praeteritum ____________, *vocāv|erat* praeteritum ____________.
2. Plūsquamperfectum (pers. 3 sing.) dēsinit in *~erat*, quod ad thema ________ additur, ut *dīx|erat.*

plūsquamperfectum āct.

	sing.	plūr
1	*~era|m*	*~erā|mus*
2	*~erā|s*	*~erā|tis*
3	*~era|t*	*~era|nt*

3. Plūsquamperfectum: singulāris: pers. 1 *~eram*, 2 ~_____, 3 ~_____; plūrālis: pers. 1 ~_____, 2 ~_____, 3 ~_____.

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
4.	Pers. 1	*amāv*_____	*amāv*_____	*monu*_____	*monu*_____
5.	Pers. 2	*amāv*_____	*amāv*_____	*monu*_____	*monu*_____
6.	Pers. 3	*amāv*_____	*amāv*_____	*monu*_____	*monu*_____
7.	Pers. 1	*dīx*_____	*dīx*_____	*audīv*_____	*audīv*_____
8.	Pers. 2	*dīx*_____	*dīx*_____	*audīv*_____	*audīv*_____
9.	Pers. 3	*dīx*_____	*dīx*_____	*audīv*_____	*audīv*_____

10. Plūsquamperfectum verbī esse: singulāris: pers. 1 *fu*_____, 2 *fu*_____, 3 *fu*_____; plūrālis: pers. 1 *fu*_____, 2 *fu*_____, 3 *fu*_____.

Passīvum

pass.

	sing.	plūr.
	≈us -a -um	*≈ī -ae -a*
1	*eram*	*erāmus*
2	*erās*	*erātis*
3	*erat*	*erant*

11. *Vocāt|us* est praeteritum perfectum passīvī est; *vocāt|us erat* est praeteritum ____________ passīvī.
12. Plūsquamperfectum passīvī cōnstat ex ____________ perfectī et praeteritō ________ verbī *esse* (*eram, erās, erat...*).

		Sing.	Plūr.
13.	Pers. 1	*vocātus* _______	*vocāt*___ _______
14.	Pers. 2	*vocāt*________	*vocāt*___ _______
15.	Pers. 3	*vocāt*________	*vocāt*___ _______

Exercitium 10

1. *cadere,* _______*isse*
2. *cognōscere,* _______*isse,* _______*um esse*
3. *cupere,* _______*isse* — *cupiō -iunt*
4. *dare,* _______*isse,* _______*um esse*
5. *fatērī,* _______*um esse*
6. *frangere,* _______*isse,* _______*um esse*
7. *īre,* _______*isse* — *eō eunt*
8. *lavāre,* _______*isse,* _______*um esse*
9. *loquī,* _______*um esse*
10. *lūdere,* _______*isse*
11. *mordēre,* _______*isse,* _______*um esse*
12. *nōscere,* _______*isse*
13. *redīre, red*_______*isse* — *red-eō -eunt*
14. *reprehendere, re*_______*isse, re*_______*um esse*
15. *velle,* _______*isse*
16. *vidēre,* _______*isse,* _______*um esse*

CAPITVLVM VICESIMVM QVINTVM

Cap. XXV

Lēctiō prīma (versūs 1–41)

Lēctiō I

Exercitium 1

1. ________ et lupus ________ [= sine causā] ad eundem rīvum vēnērunt.
2. Quattuor equī currum Sōlis ________ ; nec facile est equōs Sōlis ________ .
3. Achillēs corpus Hectoris post ________ suum trāxit.
4. Rōmulus prīma ________ Rōmāna aedificāvit et frātrem ________ .
5. Moenia, quae Rōmulus ________ , nōn alta, sed ________ erant.
6. Quīntus ________ dē Rōmulō et Remō iam audīvit.
7. Nunc fābulam dē ________ ferōcī quod hominēs vīvōs ________ audīre cupit.
8. Tāle mōnstrum ________ [= ferōx] Quīntum nōn terrēbit, neque enim is puer ________ est.
9. In Crētā ________ [= tempore antīquō] vīvēbat ________ mōnstrum, nōmine Mīnōtaurus, cui corpus virī, sed caput ________ erat.
10. ________ [= plūrēs quam duo] adulēscentēs virginēsque Athēniēnsēs ________ [= omnī annō] ad Mīnōtaurum mittēbantur.
11. Labyrinthus est magnum ________ , unde nēmō potest exīre, quamquam iānua ________ .
12. Daedalus complūrēs rēs ________ [< mīrārī] effēcerat praeter labyrinthum.

aedificāre
aedificium
agnus
complūrēs
currus
fābula
forte
humilis
interficere
mīrābilis
moenia
mōnstrum
ōlim
patēre
quotannīs
regere
saevus
taurus
terribilis
timidus
trahere
vorāre

Exercitium 2

1. Quid Quīntus Syram sibi nārrāre iubet? ...
2. Quid fēcit Achillēs? ...
3. Quis prīmōs mūrōs Rōmānōs aedificāvit? ...
4. Quem Rōmulus interfēcit?
5. Cūr Quīntus fābulam dē Rōmulō audīre nōn vult? ...
6. Quālem fābulam Quīntus audīre cupit? ...
7. Quam fābulam Syra puerō nārrat? ...
8. Quāle mōnstrum erat Mīnōtaurus? ...
9. Ubi illud mōnstrum habitābat? ...
10. Quid est labyrinthus? ...
11. Clausane erat iānua labyrinthī? ...
12. Quis illum labyrinthum aedificāverat? ...
13. Unde veniēbant hominēs quōs edēbat Mīnōtaurus? ...
14. Quālia vēla gerēbat nāvis eōrum? ...

Lēctiō secunda (versūs 42–88)

Lēctiō II

Exercitium 3

1. Iūlia: "Manē h____ apud nōs, pater! Nōlī h____ abīre!"
2. Iūlius: "Crās necesse erit mē h____ Rōmam proficīscī, sed brevī h____ ad vōs redībō."
3. Iūlia: "Quārē rūrsus Rōmam ībis? Necesse nōn est totiēs ill____ īre nec tot diēs ill____ manēre."
4. Iūlius: "Rōmae vīvere mē nōn dēlectat; itaque post paucōs diēs ill____ discēdam atque h____ revertar."
5. Iūlia: "Quod dōnum mihi ill____ afferēs?"

(ubi?)	hīc	illīc
(unde?)	hinc	illinc
(quō?)	hūc	illūc

auxilium
brevī
cīvis
cōnstituere
cupidus
exitus
expugnātiō
fīlum
glōria
mora
mors
necāre
occīdere
parātus
pollicērī
rēx

Exercitium 4

1. Mīnōs, ____________ Crētae, Athēnās expugnāverat.
2. Post ____________ urbis rēx et pecūniam et hominēs postulāvit.
3. Itaque quotannīs complūrēs Athēniēnsēs ad ____________ certam mittēbantur.
4. Mīnōs enim et pecūniae et sanguinis ____________ erat.
5. Thēseus, vir ________ cupidus, Mīnōtaurum __________ [= interficere] atque __________ suōs servāre ____________.
6. Thēseus, quī gladium gerēbat, ad pugnam __________ erat.
7. Ariadna Thēseō ________ longum dedit; ita fīlia rēgis eī ________ tulit.
8. Thēseus: " ________ [= mox] hūc redībō, nec posteā tē relinquam, Ariadna: hoc tibi ________ [= prōmittō]."
9. Tum Thēseus sine __________ [= continuō] labyrinthum intrāvit atque Mīnōtaurum __________ [= necāvit/interfēcit].
10. Posteā fīlum Ariadnae secūtus __________ labyrinthī facile repperit.

Exercitium 5

1. Cūr Athēniēnsēs in Crētam mittēbantur? ...
2. Cūr Mīnōs Athēniēnsibus inimīcus erat? ...
3. Ubi Thēseus vīvēbat? ...
4. Quam bēstiam Thēseus iam necāverat? ...
5. Quid Thēseus tum agere cōnstituit? ...
6. Sōlusne Thēseus in Crētam profectus est? ...
7. Quō rēx Mīnōs Thēseum dūcī iussit? ...
8. Quae fuit Ariadna? ...
9. Cūr ea Thēseum servāre cōnstituit? ...
10. Quōmodo Ariadna Thēseō auxilium tulit? ...
11. Quid Thēseus Ariadnae prōmīsit? ...
12. Quid fēcit Thēseus in labyrinthō? ...
13. Quōmodo exitum labyrinthī repperit? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 89–144)

-re -minī
[1] -āre -āminī
[2] -ēre -ēminī
[3] -ere -iminī
[4] -īre -īminī

Exercitium 6

1. Iūlius: "Nōlō sōlus ambulāre. Comit__________ mē, Syre et Lēander! Opper__________ mē ante portam!"
2. Lȳdia: "Nōlī mē dēserere, Mēde! Hoc mihi pollic________!"
3. Mēdus: "Proficīsc________ mēcum, Lȳdia! Comit________ mē in Graeciam!"
4. Mēdus: "Nāvem solvite, nautae! Intu________ caelum! Proficīsc________!"
5. Dāvus: "Sequ________ mē in cubiculum tuum, Mārce!"
6. Dux: "Laet________, mīlitēs! Hostēs fugiunt. Sequ________ eōs, sed brevī hūc revert________!"
7. Lȳdia: "Nōlī deōs Rōmānōs verērī, Mēde! Ūnum sōlum Deum ver________! Eius auxilium opper________!"

cōnspectus
dēscendere
dēserere
ibi
lītus
maerēre

Exercitium 7

1. Post __________ [> necāre] Mīnōtaurī Thēseus nāvem __________ atque cum Ariadnā profectus est.
2. Naxī Thēseus Ariadnam __________ [= relīquit].
3. Prīmō Ariadna amīcum in __________ quaesīvit.
4. Deinde in altum __________ ascendit, unde __________ nāvem Thēseī procul in marī vīdit.

5. Postquam nāvis ē __________ eius abiit, Ariadna dē saxō in lītus __________ .
6. __________ [= illīc] puella misera capillum et vestem scindēbat, sīcut agunt hominēs quī __________ .
7. Post mortem Aegeī Thēseus multōs annōs Athēnās __________ .
8. Hīc Syra fīnem __________ facit.
9. Syra virum improbum amāvit, neque tamen illīus virī __________ potest.

nārrātiō
nex
oblīvīscī
prōspicere
regere
saxum
(nāvem) solvere

Exercitium 8

Exempla: Fābulās nārrāre mē dēlectat = Nārrātiō fābulārum mē dēlectat.
Vir quī pecūniam cupit = vir pecūniae cupidus.

acc./gen.

1. Difficile fuit urb_____ expugnāre: Expugnātiō urb_____ difficilis fuit.
2. Vocābul_____ Latīn_____ dēclīnāre dēbēmus: Dēclīnātiō vocābul_____ Latīn_____ facilis nōn est.
3. Thēseus patri_____ amābat atque glōri_____ cupiēbat: ille vir patri_____ amāns atque glōri_____ cupidus in Crētam profectus est.
4. Thēseus mort_____ nōn timēbat. Sine timōre mort_____ labyrinthum intrāvit.
5. Thēseus ob amōrem patri_____ atque glōri_____ cupiditātem Mīnōtaur_____ necāvit.
6. Post necem Mīnōtaur_____ Thēseus in patriam revertit.
7. Magister Mārc_____ nōn laudat: in epistulā eius nūlla laus Mārc_____ est.

Exercitium 9

1. Quid Thēseus cīvibus suīs ostendit? ...
2. Num Thēseus sōlus ē Crētā profectus est? ...
3. Ubi Ariadnam relīquit Thēseus? ...
4. Ubi amīcum suum Ariadna quaesīvit? ...
5. Quid puella ē saxō prōspiciēns vīdit? ...
6. Quid facere solent hominēs quī maerent? ...
7. Cūr Syra virīs nōn crēdit? ...
8. Quō Thēseus Nāxō profectus est? ...
9. Unde Aegeus rēx in mare prōspiciēbat? ...
10. Cūr Aegeus fīlium suum mortuum esse arbitrābātur? ...
11. Quid tum fēcit Aegeus? ...
12. Quod mare ab Aegeō rēge appellātum est? ...
13. Ubi situm est mare Aegaeum? ...
14. Quis rēx Athēniēnsium factus est post Aegeum? ...

Lēctiō grammatica (versūs 145–154)

Lēctiō grammatica

Exercitium 10

Exempla: *Dominus servum sē comitārī iubet: "Comitāre mē, serve!"*
Dominus servōs sē comitārī iubet: "Comitāminī mē, servī!"

imperātīvus verbī dēpōnentis
[1] -ā|re -ā|minī
[2] -ē|re -ē|minī
[3] –|ere –|iminī
[4] -ī|re -ī|minī

1. *Comitā|rī* īnfīnītīvus verbī dēpōnentis est. *Comitā|re* nōn est īnfīnītīvus, sed __________ verbī dēpōnentis.
2. *Comitā|re* est __________ singulāris; *comitā|minī* imperātīvus __________ est.
3. Īnfīnītīvus: *cōnārī*; imperātīvus: sing. *cōn*_____ , plūr. *cōn*______ .
4. Īnfīnītīvus: *verērī*; imperātīvus: sing. *ver*_____ , plūr. *ver*______ .
5. Īnfīnītīvus: *loquī*; imperātīvus: sing. *loqu*_____ , plūr. *loqu*______ .
6. Īnfīnītīvus: *partīrī*; imperātīvus: sing. *part*_____ , plūr. *part*______ .

Exercitium 11

a- dē-scendere
cōn-spiciō -iunt
iaciō -iunt
in-cipiō -iunt
inter-ficiō -iunt

1. *accēdere, ac________isse*
2. *cōnscendere, cōn________isse*
3. *cōnspicere, cōn________isse, cōn________um esse*
4. *cōnstituere, cōn________isse, cōn________um esse*
5. *dēserere, dē________isse, dē________um esse*
6. *gerere, ________isse, ________um esse*
7. *iacere, ________isse, ________um esse*
8. *incipere, ________isse, ________um esse*
9. *interficere, inter________isse, inter________um esse*
10. *iubēre, ________isse, ________um esse*
11. *oblīvīscī, ob________um esse*
12. *occīdere, oc________isse, oc________um esse*
13. *petere, ________isse, ________um esse*
14. *proficīscī, pro________um* esse
15. *quaerere, ________isse, ________um esse*
16. *reddere, red________isse, red________um esse*
17. *regere, ________isse, ________um esse*
18. *relinquere, re________isse, re________um esse*
19. *reperīre, ________isse, ________um esse*
20. *sequī, ________um esse*
21. *trahere, ________isse, ________um esse*

Cap. XXVI

CAPITVLVM VICESIMVM SEXTVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–31)

Exercitium 1

celer -eris -ere
equus cel<u>er</u> (*m*)
nāvis cel<u>eris</u> (*f*)
pīlum cel<u>ere</u> (*n*)

1. Asinus nōn tam cel_______ est quam equus.
2. Aquila est avis magna et cel_______ .
3. Nūllus deus tam cel_______ est quam Mercurius.
4. Fuga cel_______ hostēs perterritōs servāvit.
5. Ventus cel_______ et subitus mare turbāvit.
6. Nihil tam cel_______ est quam fulgur.

Exercitium 2

audāx
carcer
celer
cōnficere
cōnsequī
cōnsilium
cōnsūmere
effugere
fuga
haud
invenīre
iuvāre
paene
persequī
quisquam
quoniam
reliquusq
vērum

1. Rēx Mīnōs Thēseum fugientem ____________ est.
2. Nāvis Mīnōis nōn tam ____________ fuit quam Thēseī.
3. Itaque rēx Thēseum ____________ nōn potuit.
4. Daedalus, quī fīlum ____________ et Ariadnae dederat, ā rēge in labyrinthum inclūsus est sīcut in ____________ .
5. Hīc Syra, quae __________ [= nōn] paulum temporis iam ____________ in nārrandō, fīnem facere vult.
6. ________ [= sed] Quīntus, quī magnam fābulae partem iam audīvit, partem ____________ quoque audīre cupit.
7. Syra igitur dē ____________ Daedalī et Īcarī nārrat.
8. Daedalus exitum labyrinthī ____________ [= reperīre] nōn potuit, neque ____________ [= et nēmō] eum ____________ [= eī auxilium tulit].
9. ____________ igitur aliā viā exīre nōn potuit, vir ________ [= audēns] per āera ____________ cōnstituit.
10. Hoc ____________ adhūc ab Īcarō ignōrābātur.
11. Puer fessus 'sē ____________ [= prope] mortuum esse' dīxit.

Exercitium 3

1. Cūr rēx Thēseum fugientem cōnsequī nōn potuit? ...
2. Quō Mīnōs Daedalum inclūdī iussit? ...
3. Quid Daedalus cōnfēcerat et Ariadnae dederat? ...
4. Quis cum Daedalō in labyrinthum inclūsus est? ...
5. Cūr Syra hīc fīnem facere vult? ...
6. Quā viā Daedalus effugere cōnstituit? ...
7. Cūr Īcarus labyrinthum 'carcerem' appellāvit? ...
8. Quārē fessus erat Īcarus? ...
9. Multumne cibī iīs reliquum erat? ...
10. Quōrum auxilium Īcarus opperiēbātur? ...

Lēctiō secunda (versūs 32–82)

Lēctiō II

Exercitium 4

-nd|um -ī -ō
[1] -andum -ī -ō
[2] -endum -ī -ō
[3] -endum -ī -ō
[4] -iendum -ī -ō

nārrāre
ad nārra<u>ndum</u>
... nārra<u>ndī</u>
(in/dē) nārra<u>ndō</u>

1. Nautae parātī sunt ad nāvig________ .
2. Syra fīnem nārr________ facit quia fessa est nārr________ .
3. Puer autem cupidus est aud________ neque parātus ad dorm________ .
4. Stilus necessārius est ad scrīb________ .
5. Sextus industrius est in scrīb________ et in leg________ et in comput________ ; is enim cupidus disc________ est.
6. Puerī scrībere discunt scrīb________ ; ars scrīb________ haud facilis est.
7. Capitulum XVI est dē marī et dē nāvig________ .
8. Iūlia dēlectātur in hortō ambul________ et flōrēs aspici________ .
9. Mēdus cōnsilium ā dominō fugi________ excōgitāverat.
10. Daedalus fīlium, quī vol________ studiōsus erat, artem vol________ docuit.
11. Paulum satis est ad beātē vīv________ .
12. Quōmodo loquī discimus? Loquī discimus aliōs loquentēs aud________ et imit________ .

Exercitium 5

ars
cautus
deorsum
ēvolāre
excōgitāre
fīgere
ignis
imitārī
īnfimus
ingēns
lacertus
levāre
līber
mollīre
nātūra
opus
orbis
penna
perficere
quidem
studiōsus
summus
sūrsum
tamquam
trāns
ūrere

1. Quī in carcere inclūsus est nōn est ________ .
2. Avis ________ montēs et flūmina volāre potest.
3. Aquila circum labyrinthum in magnum ________ volābat.
4. Daedalus cōnsilium fugae iam ________ : ālās facere cōnstituerat atque ē labyrinthō ________ .
5. Ālās cōnficere ________ difficile est, sed Daedalus ālās ________ [= māximās] cōnfēcit ex ________ , quās cērā in lacertīs ________ .
6. Ille ________ [= certē] deus nōn erat, sed tamen arte suā ipsam ________ mūtāre poterat.
7. "Opus iam ________ est" inquit Daedalus, "Ecce exemplum ________ meae novissimum. Iam avēs in volandō ________ possumus."
8. Puer, etsī ________ erat volandī, sē suprā humum ________ nōn potuit.
9. Pater fīlium ālās ________ ________ movēre docuit ________ [= sīcut] avis.
10. Tum fīlium sīc monuit: "Nōlī volāre in ________ āere prope mare neque in ________ āere prope sōlem, nam ________ sōlis cēram ________ ac pennās ________ poterit. ________ estō!"
11. ________ est pars bracchiī superior.

Exercitium 6

1. Quid Daedalus excōgitāverat? ...
2. Quae via sōla iīs patēbat ad fugiendum? ...
3. Quid Daedalus suprā sē vīdit? ...
4. Quae animālia nātūrā volāre possunt? ...
5. Cūr homō volāre nōn potest? ...
6. Quās rēs mīrābilēs Daedalus iam cōnfēcerat? ...
7. Quōmodo Daedalus ālās cōnfēcit? ...
8. Ubi fīxae sunt ālae? ...
9. Cūr Īcarus nōn statim volāre potuit? ...
10. Quid Daedalus fīlium suum docuit? ...
11. Ubi pater Īcarum volāre iussit? ...
12. Cūr eī nōn licēbat in summum caelum ascendere? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 83–145)

Exercitium 7

cultrum veritus : cultrum verēns

Exempla: Thēseus, postquam ē Crētā profectus est, Naxum vēnit
= Thēseus ē Crētā profectus Naxum vēnit.
Quīntus, quī cultrum medicī verēbātur, oculōs clausit
= Quīntus cultrum medicī veritus oculōs clausit.

1. Mīnōs Thēseum __________ [= postquam Thēseum persecūtus est] domum revertit.
2. Daedalus fīlium __________ [= postquam fīlium ōsculātus est] "Iam sequere mē!" inquit.
3. Ita __________ [= Postquam ita locūtus est] Daedalus cum fīliō ēvolāvit.
4. Fīlum Ariadnae __________ [= Postquam fīlum Ariadnae secūtus est] Thēseus exitum labyrinthī repperit.
5. Tabellārius canem __________ [= quī canem verēbātur] intrāre nōluit.
6. Aegeus fīlium mortuum esse __________ [= quī fīlium mortuum esse arbitrābātur] in mare sē iēcit.

Exercitium 8

aberrāre
accidere
cāsus
dēspicere
causā (-ndī)
lībertās
māximē
multitūdō
orbis (terrārum)
paenīnsula
propinquus
quatere
revocāre
sīn
suspicere
temerārius
vērum (etiam)
vidērī

1. Peloponnēsus nōn īnsula, sed __________ est.
2. Daedalus et Īcarus ē labyrinthō ēvolantēs novā __________ gaudēbant ac __________ [= magnum numerum] īnsulārum mīrābantur.
3. Īcarus __________ [= deorsum aspiciēns] paene tōtum __________ terrārum vidēre poterat, __________ [= sūrsum aspiciēns] sōlem lūcentem vīdit.
4. Puer __________ [= nimis audāx] in summum caelum ascendit.
5. Tum __________ [= factum est] id quod pater timuerat: sōl __________ [< prope] cēram mollīvit et pennās ussit.
6. Puer, lacertōs nūdōs __________ , in mare cecidit.
7. Haec fābula nōn sōlum dēlectandī, __________ [= sed] etiam monendī __________ nārrātur.
8. Ex omnibus fābulīs haec dē __________ [< cadere] Īcarī Quīntum __________ dēlectat.
9. Puer fessus Syram abeuntem nōn __________ .
10. Rēs quae procul absunt parvae esse __________ .
11. In somnīs Quīntus volāre sibi __________ [= sē volāre putat].
12. Sī industrius es, multum discis, __________ [= sī autem] piger es, nihil discis.
13. Nōlī ā rēctā viā __________ !

Exercitium 9

1. Quis fugam Daedalī et Īcarī animadvertit? ...
2. Quid arbitrātus est pāstor quī eōs volāre vīdit? ...
3. Cūr pater et fīlius nōn rēctā viā Athēnās volāvērunt? ...
4. Quid volantēs sub sē vīdērunt? ...
5. Quid est Peloponnēsus? ...
6. Quōmodo Peloponnēsus cum reliquā Graeciā coniungitur? ...
7. Quid est Corinthus? ...
8. Quārē Īcarus ad sōlem ascendit? ...
9. Quid tum puerō temerāriō accidit? ...
10. Quid appellātur id mare quō Īcarus cecidit? ...
11. In quā īnsulā inventum est corpus puerī? ...
12. Cūr Quīntus fessus nōn est fābulās audiendō? ...
13. Quārē nārrātur haec fābula? ...

Lēctiō grammatica (versūs 146–162)

Lēctiō grammatica

Exercitium 10

Exempla: *Nāvigāre necesse est. Nautae nāvigāre cupiunt.*
Nāvēs necessāriae sunt ad nāvigandum.
Nautae cupidī sunt nāvigandī.
Nautae pecūniam faciunt nāvigandō.

1. *Nāvigāre* īnfīnītīvus est. *Nāvigandum* nōn īnfīnītīvus, sed __________ est.
2. *Nāvigandum* accūsātīvus gerundiī est; *nāvigandī* est __________, *nāvigandō* __________ gerundiī.
3. Īnfīnītīvus: *vocāre*. Gerundium: accūsātīvus *voca*__________, genetīvus *voca*__________, ablātīvus *voca*__________.
4. Īnfīnītīvus: *vidēre*. Gerundium: accūsātīvus *vide*__________, genetīvus *vide*__________, ablātīvus *vide*__________.
5. Īnfīnītīvus: *legere*. Gerundium: accūsātīvus *leg*__________, genetīvus *leg*__________, ablātīvus *leg*__________.
6. Īnfīnītīvus: *audīre*. Gerundium: accūsātīvus *audi*__________, genetīvus *audi*__________, ablātīvus *audi*__________.

gerundium

	[1, 2]	[3, 4]
acc.	*-ndum*	*-endum*
gen.	*-ndī*	*-endī*
abl.	*-ndō*	*-endō*

Exercitium 11

1. *accidere, ac______isse*
2. *capere, ______isse, ______um esse*
3. *cōnsīdere, cōn______isse*
4. *-ficere, -______isse, -______um esse*
5. *fīgere, ______isse, ______um esse*
6. *invenīre, in______isse, in______um esse*
7. *iungere, ______isse, ______um esse*
8. *iuvāre, ______isse, ______um esse*
9. *mergere, ______isse, ______um esse*
10. *movēre, ______isse, ______um esse*
11. *-spicere, -______isse, -______um esse*
12. *ūrere, ______isse, ______um esse*

capiō -iunt

-ficiō -iunt

-spiciō -iunt

Cap. XXVII

CAPITVLVM VICESIMVM SEPTIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–49)

ablātīvus īnstrūmentī

Exercitium 1

Exempla: Quō īnstrūmentō agricola metit? Falce metit.
Quī metit falce ūtitur.

1. Discipulus stil_____ in tabulā scrībit.
2. Discipulus quī scrībit stil_____ et tabul_____ ūtitur.
3. Mīles gladi_____ et scūt_____ et ali_____ arm_____ pugnat.
4. Mīles pugnāns gladi_____ et scūt_____ et ali_____ arm_____ ūtitur.
5. Quī in aliam terram it aut nāv_____ aut curr_____ aut equ_____ vehitur.
6. Avis volāns āl_____ ūtitur; homō ambulāns ūtitur ped_____ .
7. In loquendō lingu_____ ūtimur, aur_____ ūtimur in audiendō.

Exercitium 2

ager
agere
agricola
amoenus
arāre
arātor
arātrum
cingere
colere
cōpia
crēscere
dēnique
falx
fertilis
frūgēs
frūmentum
īnstrūmentum
invehere
mātūrus
metere
negōtium
parum
pāscere
pecus
prae
regiō
rudis
sēmen
serere
spargere
ūtī
ūva
-ve
vīnum
vītis

1. Hortus Iūliī __________ [= pulcher] agrīs __________ .
2. Mēnse Augustō __________ metitur; deinde __________ arantur.
3. Vir cuius __________ est agrōs colere __________ dīcitur.
4. Agricola quī __________ arātrō __________ .
5. Arātrum est __________ quō agricola arat.
6. __________ [= quī arat] duōs bovēs, quī __________ trahunt, __________ [= ante] sē __________ .
7. Agricola quī serit sēmen manū __________ .
8. Novum frūmentum __________ ex parvīs __________ .
9. Agricolae mēnse Augustō frūmentum __________ solent, quia eō mēnse frūmentum __________ est.
10. __________ est īnstrūmentum quō frūmentum metitur.
11. Agricolae prīmum arant, deinde __________ , __________ [= postrēmō] metunt: ita agricolae agrōs suōs __________ .
12. Agrī Iūliī, quī magnās __________ ferunt, __________ sunt.
13. In campīs quī nōn arantur ovēs, porcī, bovēs __________ .
14. Facilius est __________ pāscere quam agrōs colere.
15. In Italiā __________ [= nōn satis] frūmentī metitur; itaque magna __________ frūmentī ex Āfricā in Italiam __________ .
16. Aegyptiī bis ter__________ [= bis vel ter] in annō metunt.
17. Latium dīcitur ea __________ in quā urbs Rōma sita est.
18. Antīquī Latīnī hominēs __________ [= indoctī] ac barbarī erant.
19. Vīneae sunt agrī quī __________ ferunt.
20. __________ efficitur ex frūgibus vītium, quae __________ dīcuntur.

Exercitium 3

1. Quid Iūlius post merīdiem facere solet? ...
2. Quid crēscit in agrīs quī hortum cingunt? ...
3. Quō mēnse metitur frūmentum? ...
4. Quid est agricolae negōtium? ...
5. Quid est arātrum?
6. Quae bēstiae arātrum trahunt? ...
7. Quōmodo serit agricola? ...
8. Quō īnstrūmentō ūtitur agricola quī metit? ...
9. Cuius pater est Sāturnus? ...
10. Quid fēcit Sāturnus postquam ē caelō pulsus est? ...
11. Cūr magna Italiae pars nōn arātur? ...

12. Quid est negōtium pāstōris? ...
13. Unde frūmentum Rōmam invehitur? ...
14. Cūr necesse est solum Āfricae rigāre? ...
15. Quotiēs in annō Aegyptiī metere possunt? ...

Lēctiō secunda (versūs 50–114)

Lēctiō II

Exercitium 4

Exempla: Pater fīlium surgere et stāre, tacēre et audīre iubet =
Pater fīliō imperat ut surgat et stet, taceat et audiat.

1. Magister discipulōs cōnsīdere et tacēre iubet = Magister discipulīs imperat ut.....
2. Magister Mārcum surgere et respondēre iubet = ...
3. Domina ancillam intrāre iubet = ...
4. Gubernātor nautās aquam haurīre iubet = ...
5. Dominus servōs industriē labōrāre iubet = ...
6. Iūlius iānitōrem vigilāre et domum bene cūstōdīre iubet =.........
7. Dux mīlitēs oppidum hostium oppugnāre iubet = ...
8. Iūlius servum medicum arcessere iubet = ...
9. Medicus Quīntum ōs aperīre et linguam ostendere iubet = ...
10. Medicus Iūlium bracchium puerī tenēre iubet = ...
11. Iūlius servōs cōnsistere et manēre iubet = ...

[1] -et -ent
[2, 3, 4,] -at -ant
[1] -āre
-et -ent
[2] -ēre
-eat -eant
[3] -ere
-at -ant
[4] -īre
-iat -iant

Exercitium 5

1. Iūlius __________ [= vīllam cum agrīs] habet sub monte Albānō.
2. Multī dominī Rōmānī, quī ipsī in agrīs nōn __________ , __________ [= opus] agricolārum indignum esse __________ [= putant].
3. Iūlius in praediō suō __________ [= sub urbe sitō] nōn labōrat, sed __________ .
4. Itaque sē __________ agricolīs beātum esse __________ [= exīstimat].
5. Rōmae Iūlius multa negōtia __________ [< urbs] cūrāre dēbet, neque ūllum __________ eī est.
6. Post merīdiem dominus __________ [= circum] agrōs et vīneās ambulat.
7. Nōn urbs, sed __________ amoenum et quiētum Iūlium dēlectat.
8. __________ est agricola quī aliēnōs agrōs __________ dominō colit.
9. __________ colōnus DCCC sēstertiōs Iūliō dēbet.
10. Iūlius colōnō imperat ______ mercēdem solvat: "Solve mercēdem, quam iam saepe __________ tē [= ā tē] poposcī!"
11. Colōnus pauperrimus, quī ______ nummum ________ possidet, sē ad pedēs dominī ________ ; miser colōnus dominum ________ ut patientiam habeat.
12. Iūlius: "Vir __________ sum, sed hic fīnis est patientiae meae!"
13. Colōnus: "Nōlī mē ab uxōre gravidā __________ ! Per omnēs deōs tē ōrō."
14. Iūlius __________ colōnī movētur: colōnō imperat ut uxōrem __________ cūret ac mercēdem intrā __________ [XXX] diem solvat.
15. ______ īnfantium multum temporis magnamque __________ postulat.
16. Bona māter īnfantēs suōs nōn __________ , sed bene cūrat.

abs
cūra
cēnsēre
circā
colōnus
exīstimāre
gravida
labor
labōrāre
nē... quidem
neglegere
ōrāre
ōtium
patiēns
patientia
prae
praedium
precēs
prō
prōicere
quīdam
quiēscere
rapere
rūs
suburbānus
trīcēsimus
urbānus
ut

Exercitium 6

1. Ubi ambulat Iūlius? ...
2. Quālēs sunt vīllae quibus lacus Albānus cingitur? ...
3. In quā Italiae regiōne plūrimae sunt vīllae? ...
4. Quōs Iūlius ambulāns aspicit in agrīs? ...
5. Cūr Iūlius sē prae agricolīs beātum esse cēnset? ...

6. Quid est colōnus? ...
7. Omnēsne colōnī mercēdem ad diem solvērunt? ...
8. Quot sēstertiōs quīdam colōnus Iūliō dēbet? ...
9. Quid Iūlius illī colōnō imperat? ...
10. Quid colōnus Iūlium ōrat? ...
11. Cūr colōnus mercēdem statim solvere nōn potest? ...
12. Quot līberī illī colōnō sunt? ...
13. Cūr uxor colōnī līberōs cūrāre nōn potest? ...
14. Quid Iūlius colōnum monet? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 115–180)

Exercitium 7

[1]
-em -ēmus
-ēs -ētis
-et -ent

[2, 3, 4]
-am -āmus
-ās -ātis
-at -ant

sim sīmus
sīs sītis
sit sint

Exempla:

Dominus servum monet ut industrius sit: ut labōret nēve quiēscat: "Moneō tē ut industrius sīs: ut labōrēs nēve quiēscās!" Servus: "Opus nōn est mē monēre ut industrius sim: ut labōrem nēve quiēscam."

Dominus servōs monet ut industriī sint: ut labōrent nēve quiēscant: "Moneō vōs ut industriī sītis: ut labōrētis nēve quiēscātis." Servī: "Opus nōn est nōs monēre ut industriī sīmus: ut labōrēmus nēve quiēscāmus."

1. Iūlius colōnō imperat ut mercēdem solv____ : "Imperō tibi ut mercēdem solv____ !"
2. Iūlius: "Hīs litterīs magister mē monet ut mercēdem solv____ ."
3. Dux mīlitēs monet ut fortiter pugn____ et hostēs vinc____ : "Moneō vōs ut fortiter pugn____ et hostēs vinc____ !"
4. Mīles fortissimus: "Audīte, amīcī: dux nos monet ut fortiter pugn____ et hostēs vinc____ ."
5. Iūlius ad amīcum absentem scrībit: "Tē ōrō ut ad mē scrīb____ aut ipse veni____ . Cūrā ut vale____ et mē am____ !"
6. Iūlia: "Māter semper mē monet ut cauta s____ , nec umquam monet vōs, puerī, ut cautī s____ ."
7. Mārcus: "Māter tē monet ut cauta s____ quia tū cauta nōn es; nōs vērō cautī sumus: itaque opus nōn est nōs monēre ut cautī s____ ."

Exercitium 8

[1]
-er -ēmur
-ēris -ēminī
-ētur -entur

[2, 3, 4]
-ar -āmur
-āris -āminī
-ātur -antur

Exempla:

Dominus imperat ut servus verberētur et inclūdātur (= Dominus servum verberārī et inclūdī iubet). Servus: "Cūr imperās ut ego verberer et inclūdar?" (= "Cūr mē verberārī et inclūdī iubēs?") Dominus: "Mē rīdēs! Itaque imperō ut verberēris et inclūdāris!" (= "Itaque tē verberārī et inclūdī iubeō!")

Dominus imperat ut servī verberentur et inclūdantur (= D. servōs verberārī et inclūdī iubet). Servī: "Cūr imperās ut nōs verberēmur et inclūdāmur?" (= "Cūr nōs verberārī et inclūdī iubēs?") Dominus: "Mē rīdētis! Itaque imperō ut verberēminī et inclūdāminī!" (= "Itaque vōs verberārī et inclūdī iubeō!")

1. Dominus imperat ut servus voc____ et interrog____ (= Dominus servum voc____ et interrog____ iubet).
2. Iūlius imperat ut pāstor prehend____ et tene____ (= Iūlius pāstōrem prehend____ et ten____ iubet).
3. Colōnus: "Cūrā ut ovēs tuae ab agrīs prohibe____ !"
4. Dux nūntium monet ut cautē ex castrīs ēgredi____ et ōret ut sine morā sibi auxilium mitt____ .

5. Dux: "Cavē nē vide_____ nēve audi_____ ab hostibus!"
6. Māter fīlium monet ut bene lav_____ : "Cūrā ut bene lav_____ , Mārce, nēve sordidīs manibus proficīsc_____ !"
7. Mārcus: "Dāvus semper cūrat ut ego bene lav_____ nēve sordidīs manibus proficīsc_____ ."
8. Māter fīliōs monet ut bene lav_____ : "Cūrāte ut bene lav_____ , fīliī, nēve sordidīs manibus proficīsc_____ ."
9. Mārcus: "Dāvus semper cūrat ut nōs bene lav_____ nēve sordidīs manibus proficīsc_____ ."

Exercitium 9

1. Iūlius agricolās interrogat dē rēbus _____ [< rūs].
2. _____ sōlis efficit ut vīnum bonum fīat.
3. Nihil vīneīs magis _____ quam sōl et calor, neque _____ [= ūlla rēs] iīs magis _____ quam imber et _____ .
4. Solum nōn ūmidum, sed _____ est.
5. _____ est magnus numerus bēstiārum quae simul pāscuntur.
6. Pāstor cūrat _____ ovēs ē grege aberrent _____ ā lupō rapiantur.
7. Servus quī officium suum neglegit _____ [= improbus] est.
8. Pāstor ovēs, quae frūmentum _____ [↔ mātūrum] carpere volunt, ab agrīs _____ dēbet.
9. Canis cavet _____ ūlla ovis ē grege aberret.
10. Iūlius, quamquam sevērus exīstimātur, tamen _____ nōn est.

calor
frīgus
grex
immātūrus
inhūmānus
nē
nēquam
nēve
nocēre
prōdesse
prohibēre
quidquam
rūsticus
siccus

Exercitium 10

1. Dē quibus rēbus Iūlius agricolās interrogat? ...
2. Cūr agricola cēnset vīnum bonum futūrum esse? ...
3. Quid vīneīs māximē prōdest? ...
4. Quid Iūlius agricolās monet? ...
5. Cūr agrī Iūliī arte rigārī nōn possunt? ...
6. Quid est officium pāstōris? ...
7. Cūr ovis nigra ē grege aberrāvit? ...
8. Quōmodo servāta est ovis? ...
9. Quid Iūlius dē illō pāstōre exīstimat? ...
10. Cūr necesse nōn est pāstōrem arcessere? ...
11. Quid pāstor dominum ōrat? ...
12. Quid Iūlius duōbus agricolīs imperat? ....
13. Quid faciunt ovēs dum pāstor ita tenētur? ...
14. Agricolae hoc videntēs quid agunt? ...
15. Tūne Iūlium dominum sevērum esse cēnsēs? ...

Lēctiō grammatica (versūs 181–235)

Lēctiō grammatica

Exercitium 11

Āctīvum

indicātīvus et coniūnctīvus

1. *Intrat* est tempus praesēns; *intret* quoque tempus _____ est.
2. *Intra|t* est indicātīvus praesentis; *intr|et* nōn indicātīvus, sed _____ praesentis est.
3. *Tace|t, claud|it, dormi|t* est indicātīvus praesentis; *tace|at, claud|at, dormi|at* _____ _____ est.
4. Coniūnctīvus praesentis: persōna tertia: [1] *-et, -ent,* [2, 3, 4] *-at, -ant*; persona secunda: [1] -_____, -_____, [2, 3, 4] -_____, -_____; persōna prīma: [1] -_____, -_____, [2, 3, 4] -_____, -_____.

coniūnctīvus praesentis

	āct.	sing.	plūr.
[1]		-e|m	-ē|mus
		-ē|s	-ē|tis
		-e|t	-e|nt
[2, 3, 4]		-a|m	-ā|mus
		-ā|s	-ā|tis
		-a|t	-a|nt

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
5.	Pers. 1	*voc*______	*voc*______	*vide*______	*vide*______
6.	Pers. 2	*voc*______	*voc*______	*vide*______	*vide*______
7.	Pers. 3	*voc*______	*voc*______	*vide*______	*vide*______
8.	Pers. 1	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
9.	Pers. 2	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
10.	Pers. 3	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______

11. Coniūnctīvus praesentis verbī *esse*: singulāris: pers. 1 *sim*, 2 *s*______, 3 *s*______, plūrālis: pers. 1 *s*______, 2 *s*______, 3 *s*______.

Passīvum

12. *Amā|tur* est indicātīvus praesentis passīvī; *am|ētur* __________ praesentis passīvī est.
13. *Tenē|tur, scrīb|itur, pūnī|tur* est indicātīvus praesentis passīvī; *tene|ātur, scrīb|ātur, pūni|ātur* __________ __________ __________ est.
14. Coniūnctīvus praesentis passīvī: persōna tertia: [1] *-ētur, -entur*, [2, 3, 4] *-ātur, -antur*; persōna secunda: [1] -______, -______, [2, 3, 4] -______, -______; persōna prīma: [1] -______, -______, [2, 3, 4] -______, -______.

	pass.	sing.	plūr.
[1]		-e|r	-ē|mur
		-ē|ris	-ē|minī
		-ē|tur	-e|ntur
[2, 3, 4]		-a|r	-ā|mur
		-ā|ris	-ā|minī
		-ā|tur	-a|ntur

		Sing.	Plūr.	Sing.	Plūr.
15.	Pers. 1	*voc*______	*voc*______	*vide*______	*vide*______
16.	Pers. 2	*voc*______	*voc*______	*vide*______	*vide*______
17.	Pers. 3	*voc*______	*voc*______	*vide*______	*vide*______
18.	Pers. 1	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
19.	Pers. 2	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______
20.	Pers. 3	*dūc*______	*dūc*______	*audi*______	*audi*______

Exercitium 12

prō-sum -sumus -sunt
-sim -sīs -sit...
rapiō -iunt

1. *crēscere*, ________*isse.*
2. *dēsinere, dē*________*isse.*
3. *neglegere*, ________*isse*, ________*um esse.*
4. *poscere*, ________*isse.*
5. *prōdesse*, ________*isse.*
6. *quiēscere*, ________*isse.*
7. *rapere*, ________*isse*, ________*um esse.*
8. *spargere*, ________*isse*, ________*um esse.*

Cap. XXVIII

CAPITVLVM DVODETRICESIMVM

Lēctiō I

Lēctiō prīma (versūs 1–55)

Exercitium 1

-ēsim|us -a -um
40, 50, 60, 70, 80, 90:
-gintā
-gēsim|us -a -um
200, 300, 600:
-cent|ī -ae -a
-centēsim|us -a -um
400, 500, 700, 800, 900:
-gent|ī -ae -a
-gentēsim|us -a -um

Exemplum: vīgintī annīs post = vīcēsimō annō post.

20.	vīcēsimus -a -um	80.	octōgēsimus	500.	quīngentēsimus
30.	trīcēsimus	90.	nōnāgēsimus	600.	sescentēsimus
40.	quadrāgēsimus	100.	centēsimus	700.	septingentēsimus
50.	quīnquāgēsimus	200.	ducentēsimus	800.	octingentēsimus
60.	sexāgēsimus	300.	trecentēsimus	900.	nōngentēsimus
70.	septuāgēsimus	400.	quadringentēsimus	1000.	mīllēsimus

1. ______________ [XXX] annīs post = ______________ annō post.
2. ______________ [XL] annīs post = ______________ annō post.
3. ______________ [L] annīs post = ______________ annō post.
4. ______________ [LX] annīs post = ______________ annō post.
5. ______________ [LXX] annīs post = ______________ annō post.
6. ______________ [LXXX] annīs post = ______________ annō post.

7. ______________ [XC] annīs post = ______________ annō post.
8. ______________ [C] annīs post = ______________ annō post.
9. ______________ [CC] annīs post = ______________ annō post.
10. ______________ [CCC] annīs post = ______________ annō post.
11. ______________ [CCCC] annīs post = ______________ annō post.
12. ______________ [D] annīs post = ______________ annō post
13. ______________ [DC] annīs post = ______________ annō post.
14. ______________ [DCC] annīs post = ______________ annō post.
15. ______________ [DCCC] annīs post = ______________ annō post.
16. ______________ [CM] annīs post = ______________ annō post.
17. ______________ [M] annīs post = ______________ annō post.

Exercitium 2

1. ____________ angustum Siciliam ab Italiā ____________ [= dīvidit].
2. Tempestāte māximā necesse fuit mercēs ē nāve ____________ .
3. ____________ Mēdī verbīs Lȳdiae turbātus est.
4. Mēdus: " ____________ deus an homō est iste dominus tuus, cui ventī ____________ [= pārēre] videntur?"
5. Iēsūs Chrīstus ________ est in oppidō Bethlehem; ________ [= illūc] vēnērunt rēgēs ex oriente, quī īnfantem ________ [= sīcut] deum ____________ .
6. Magna ____________ hominum Chrīstum docentem sequēbātur.
7. Ex ____________ [= tōtā] Iūdaeā hominēs aegrī, quī ____________ dē factīs eius mīrābilibus audīverant, ad Chrīstum conveniēbant.
8. Deus, quī semper vīvit, nōn ____________ , sed ____________ est.
9. Hominēs, quī ____________ ac ____________ , mortālēs sunt.
10. ____________ est quī vidēre nōn potest, ____________ quī audīre nōn potest, ____________ quī loquī nōn potest, ____________ quī ambulāre nōn potest.
11. Mēdus manum ____________ et ____________ [= parvum librum] Lȳdiae ____________ .
12. Matthaeus facta et ____________ Chrīstī ____________ [= nārrat].

adōrāre
animus
apprehendere
caecus
claudus
dictum
disiungere
ēicere
eō
extendere
fāma
fretum
immortālis
libellus
memorāre
morī
mortālis
mūtus
nāscī
nātus
oboedīre
surdus
turba
ūniversus
utrum
velut

Exercitium 3

1. Quō nāvigant Mēdus et Lȳdia? ...
2. Estne mare adhūc turbidum? ...
3. Ubi est fretum Siculum? ...
4. Quā dē causā gaudent nautae? ...
5. Cūr nōn gaudet mercātor? ...
6. Dē quibus rēbus cōgitat Mēdus? ...
7. Cūr Lȳdia Mēdum aegrōtāre putat? ...
8. Ubi nātus est Chrīstus? ...
9. Ubi sita est Iūdaea? ...
10. Quī Chrīstum parvulum adōrāvērunt? ...
11. Cūr hominēs aegrī ad Chrīstum conveniēbant? ...
12. Quid Lȳdia Mēdō ostendit? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 56–108)

	-ret	-rent
	-rētur	-rentur
[1]	-āret	-ārent
	-ārētur	-ārentur
[2]	-ēret	-ērent
	-ērētur	-ērentur
[3]	-eret	-erent
	-erētur	-erentur
[4]	-īret	-īrent
	-īrētur	-īrentur
	esset	essent

Exercitium 4

Exempla:

Dominus servō imperāvit ut tacēret et audīret, tum eum monuit ut labōrāret nēve quiēsceret: ut industrius esset.

Dominus servīs imperāvit ut tacērent et audīrent, tum eōs monuit ut labōrārent nēve quiēscerent: ut industriī essent.

Dominus imperāvit ut servus improbus vocārētur, prehenderētur, tenērētur, pūnīrētur.

Dominus imperāvit ut servī improbī vocārentur, prehenderentur, tenērentur, pūnīrentur.

1. Iēsūs virō claudō imperāvit ut surg______ et ambul______ .
2. Medicus Quīntō imperāvit ut ōs aper______ et linguam ostend______ .
3. Dux mīlitēs monuit ut fortiter pugn______ nēve hostēs tim______ .
4. Mīnōs postulāvit ut Athēniēnsēs ad Mīnōtaurum mitt______ .
5. Ariadna Thēseum monuit ut cav______ nē ā mōnstrō occīd______ .
6. Thēseus Ariadnam rogāvit ut sē ante iānuam opper______ .
7. Mīnōs imperāvit ut Daedalus in labyrinthum inclūd______ .
8. Daedalus fīlium suum monuit ut cautus es______ in volandō.
9. Chrīstus efficere poterat ut hominēs caecī vid______ , surdī aud______ , mūtī loqu______ , atque ut aegrī sānī es______ .

anima
cessāre
cōnstāre
ēvolvere
habērī
Īnferī
mundus
nāvicula
per
potestās
prīnceps
rēgnāre
rogāre
salvus
suscitāre
versārī
vigilia

Exercitium 5

1. Mēdus Lȳdiam ________ [= ōrat] ut aliquid sibi legat.
2. Lȳdia librum ________ [= aperit] et legit dē Iaīrō, ________ Iūdaeōrum, cuius fīliam mortuam Iēsūs ________ [= excitāvit].
3. Mēdus: " ________ deōs immortālēs! Deus tuus māximam ________ habēre vidētur!"
4. Trēs diī ūniversum ________ inter sē dīvisisse dīcuntur.
5. Iuppiter deus māximus ________ [= exīstimātur].
6. Plūtō ________ [= rēx est] apud ________ , ubi ________ mortuōrum velut umbrae ________ dīcuntur.
7. Quārtā ________ noctis discipulī, quī in ________ [= parvā nāve] erant, Iēsum super mare ambulantem vīdērunt.
8. Discipulīs turbātīs Chrīstus " ________ estōte!" ait.
9. Incipiēns mergī Petrus clāmāvit: "Domine, ________ mē fac!"
10. Paulō post ventus ________ .

Exercitium 6

1. Cūr Mēdus Lȳdiae libellum reddit neque ipse legit? ...
2. Quid Iēsūs virō claudō imperāvit? ...
3. Quid Iaīrus rogāvit Iēsum? ...
4. Quid fēcit Iēsūs in domō Iaīrī? ...
5. Potestne Iuppiter hominēs mortuōs suscitāre? ...
6. Quī diī mundum inter sē dīvīsērunt? ...
7. Quis deus rēx maris est? ...
8. Quis apud Īnferōs rēgnat? ...
9. Quōmodo Iēsūs ad nāviculam discipulōrum vēnit? ...
10. Cūr turbātī sunt quī in nāviculā erant? ...
11. Quid Iēsūs Petrum facere iussit? ...
12. Num Petrus mersus est? ...
13. Quid dīxērunt discipulī postquam Iēsūs in nāviculam ascendit? ...

Lēctiō tertia (versūs 109–189)

Lēctiō III

Exercitium 7

Exempla:

Māter fīliam monuit ut cavēret nē in fluvium caderet ac mergerētur; nec vērō opus erat monēre fīliōs ut cavērent nē in fluvium caderent ac mergerentur.

Fīlia: "Māter mē monuit ut cavērem nē in fluvium caderem ac mergerer; sed cūr nōn monuit vōs, puerī, ut cavērētis nē in fluvium caderētis ac mergerēminī?"

Fīliī: "Māter tē monuit ut cavērēs nē in fluvium caderēs ac mergerēris, quia cauta nōn es; nec vērō opus erat nōs monēre ut cavērēmus nē in fluvium caderēmus ac mergerēmur."

1. Mēdus: "Dominus ā mē postulābat ut semper industrius es______."
